

1067

DISSERTATIO JURIDICA;  
DE

37.

RERUM DECOCTORI, VEL  
DECOCTIONIS CANDIDATO VENDITA-  
RUM VINDICATIONE;

Diss. jur. civ.

*Quam,*

Auxiliante TRIUNO DEO,

PRÆSIDE

DN. FERDINANDO CHRISTOPH. HARPPRECHTO,  
Jcto, ET ANTECESSORE, SACRI CÆSAR. PALATII COMITE,  
SERENISS. WÜRTEMBERGIÆ DUCIS, & ALIORUM IMPERII STATUUM  
CONSILIARIO, SUMMIQUE DUCALIS DICASTERII  
ASSESSORE,

*Præceptore & Patrono suo per omnem  
vitam summopere venerando,*

IN AUDITORIO JCTORUM.

Ad Diem I. m. Octobr.

*Solenni disquisitioni submittit*

JOHANNES SIGISMUNDUS Heider/  
Biberaco-Suevus.

TUBINGÆ,

*Ao. per CHRISTUM reducis Salutis MDCCXIV.*

---

Literis JOSEPHI SIGMUNDI,

Diss. jur. civ.

179, 8

21.105

27. 9. 12



37

TRISTITIA TO TRADITION

TRISTITIA TO TRADITION

TRISTITIA TO TRADITION

TRISTITIA TO TRADITION

TRISTITIA TO TRADITION

TRISTITIA TO TRADITION

TRISTITIA TO TRADITION

TRISTITIA TO TRADITION

TRISTITIA TO TRADITION

TRISTITIA TO TRADITION

TRISTITIA TO TRADITION





J. N. D. N. J. C.

Thomas à Kempis, de imitat. Christi. III. cap.

59. §. 3.

In Te, DOMINE DEUS, pono totam spem meam & refugium, quia totum infirmum & instabile invenio, quicquid extra Te conspicio.

PRÆFATIO.

**V**strum ferè nunc abijt, ex quo in illustrissima hac Eberhardina omnem, quam vires, per morbos sæpiusculè debilitata indulserunt, meam operam in vastissimum Romani Juris studium contuli, non sine singulari Divina in me providentiæ ductu. Necdùm enim mihi annus erat decimus tertius, quo ut commendatissimi in florentissimo Hamburgensium Emporio, rerumq; istarum callentissimi Mercatoris disciplina adjutus, artem discerem mercatoriam, amantissimo meo Parenti allubuit, & nec mihi displicuit. Sed quo nutu, melatet, ipsum

A 2

ipsum



ipsum non diu post istius consilii fastidium subiit. Ego verò, licet lubens hanc quoq; paterni, de me, instituti mutationem paratissimi obsequii gloria venerarer; probè scilicet gnarus, à Parentibus semper optimum, pro sua progenie, & expedientissimum consilium suscipi; tamen illa, ad proximam ferè applicationem perducta destinatio tantum rei mercatoria, meo animo, amorem & aestimium infudit, ut necdùm illud exuere valeam, & propterea etiam, ut loco solennis studiorum Speciminis, hoc, ab Excellentissimo Domino Preside, Præceptore & Patrono meo perpetim venerando, mihi insinuatam, difficillimum quantumvis, thema seligerem, faventissimè mihi persuaderi sim passus. Equà igitur & serenà hac, ex aliquot, ab Illo, illustris Facultatis Juridica nomine, cum curâ conscriptis, mihiq; benevolè communicatis Responsis, in ordinem Academica Dissertationis redacta dogmata, faventissime Lector, fronte, quæso, accipias; quæ ut etiam supremus rerum omnium Arbitrator & sanctissimus moderator saluberrimis in publicum effectibus prosequi clementer dignetur, devotissimis his nostris contendimus precibus.

§. I. Quùm



§. I.

**Q**UUM huic dissertationi præcipuè gèmina, laudati Collegii Juridici nomine, ad inclytum Senatum Mæno-Francovadanum, & Luneburgensem per scripta Responfa ansam præbuerint, & alter Casus, Luneburgi ventilatus, jam in peculiari, de Venditione ad Credentiam, cum decoctionis præcipuè Candidato celebrata, Dissertatione præmissus occurat, operæ pretium duximus, ut etiam hunc alterum, Francofurti in acerrimum examen vocatum, pro frontispicio præmitteremus. Ille paucis sic habet: J. C. E. jam indè à suæ Juventæ annis, cum ab optimi commatis & nominis Parente, accuratiùs perdiscendæ, in Hollandia florentissimæ, omnis rei mercatoriæ, eodem transmissus, adeò planè nullam expensarum rationem & modum habuisset, ut & Parens ipsius quinquies mille, pro ipso, thaleros exolvere necessum haberet, domum deniquè redux, & adhuc quidem cœlebs; veruntamen Majorennis, ex quo peculiarem, & à Patris rationibus omnimodò separatam, de pane quantumvis & mensa paterna continuo vivens, negotiatoriam adornavit tabernam, fatis quidem meliores aliquamdiu mores ibi simulavit, sic, ut etiam universi florentissimi istius emporii Mercatores, ei fide de pretiis copiosè venditarum mercium habitâ, sine hæsitatione cum ipso contrahere nihil amplius dubitaverint. Sed quòd tamen hæc ipsa ejus Negotiatio non diu, Dea Fide in oculis habitâ, vel si mavis bona fide, re, justissimè, maximi mercatores inter pretii, ab illo fuerit continuata, turpissimus ipsius in priorum dierum malos mores relapsus usque adeò comprobavit, ut per ultimum præcipuè, ante suum ex patriis laribus discessum, trimestre spatium, tum Ipse, tum etiam per suum Institorem, & vaferrimè interpositi Proxenetæ auxilium, ultra quinquies millia thalerorum valentes merces, ad credentiam coëmerit, coëmptasque confestim, notabiliter viliori nummo, partim rursus vendiderit, partim verò in pecuniæ, hinc indè sub titulo Mutui corrasæ securitatem, aliis pignori supposuerit, & cum pecunia his nequissimis modis, tum & ex aliorum Depositis confectâ, turpem fugam arripuerit, & cum libri ipsius, cum exiguis adhuc superstitis mercibus, examinarentur, ipsa omnium Rerum apertissima evidentia liquidissimum reddiderit, quòd ipse hanc omnem, quam intra tam paucos, quos diximus, menses dolosissimè convasavit, pecuniam non tam à compluribus suis creditoribus sibi mutuò datam, quam furtim ablatam, aliorsum transtulerit, hòcque ipsò totuplici scelestissimo facto illorum Concursum ansam præbuerit. Quamquam verò



in initio universi Creditores communem adversus nequissimum hunc impostorem causam fecissent; ex quo tamen unus alterve illorum eidem, de pretio habita fide, divendita coria, & alius ingentem Piperis quantitatem, in saccis adhuc sua marca signatis deprehendebant, ipsi pedem retrahere, & has ipsas suas merces, ceu fide quidem de pretiis habitâ nebuloni huic traditas; sed ob Dolum ipsius, tum Venditioni, tum ipsi etiam Fidei Habitioni & Traditioni causam dantem, ex manu Curatoris bonorum vindicare cœperunt: Quorum etiam postulata celeberrima hujus Loci Facultas Juridica Justitiæ & Juri convenientissima, ante proximum sesquiennium, pleno desuper impertito judicavit Responso.

§. II.

De ipsa ergò hujusmodi mercium, vel in ipsa Decoctoris, vel alterius obarati debitoris massa, excitato concursu, adhuc existentium, vel à Tertio possessorum vindicatione modò disquisitioni, eam ità, absque ullo circuitu describimus, quòd ipsa hæc Rerum, seu Mercium, Decoctori, vel Decoctioni proximo, ad credentiam venditarum & traditarum Vindicatione nihil aliud sit, quàm Actio Civilis, realis, arbitraria, perpetua, quâ Mercatores, vel alii Venditores, contra ipsum Emptorem, vel Massam ab ipso derelictorum, aut cessorum Bonorum, aliumve quemcunquè earundem Possessorem, agunt ad hoc, ut Judex declaret, illarum Dominium adhuc ad ipsos pertinere, Partemquè conventam ad illas sibi, cum omni causa, restituendas condemnet.

§. III.

Istam descriptionem, totumque hujus disquisitionis Articulum, more nobis solenni, per genera Causarum, sub incudem vocare res nullius prope modum negotii foret. Sed quia hæc facilè ex B. cum primis nostri Domini Lauterbachii, ad titulum de Rei vindicatione, receptissimis traditis suppleri valere persuasissimi sumus, quare tribus saltem dicimus, quòd Causa istius quoquè Vindicationis efficiens Proxima sit Dominium, non tam fictum, sive tale, quale Juris Prætorii autoritate, consimiliter ab obarato debitore, sua bona in fraudem suorum creditorum alienante, non amissum esse fingitur; Jungat. B. Dn. Lauterbach, in *colleg. π. tit. de his, quæ in fraud. cred. §. 5. & seqq.* sed potius verum; quod



quod nimirum benignâ Juris dispositione, mentisque Vendentium interpretatione, ab ipsis reservatum sive retentum, & in emptorem non translatum intelligitur; ut ex infrâ dicendis uberius patefcet. Conferat. interea Johannes Grivellus, *Decis. Dolana 56. n. 9.* verbis: *Dicitur enim Venditor tunc adhuc habere Dominium, actû permanens, non obstante Traditione, cum illud speciale sit in contractu Venditionis, ut ex eo non transferatur rei venditæ Dominium, nisi solutum sit pretium, vel habita fides de pretio &c.* Dn. Thomafius, in *schol. ad l. positionem Uirici Huberi, tit. Qui P. in P hab.* ubi ipse Huberus, in verbis: *Dominorum numero habendus etiam Venditor, qui fidem de pretio non habuit. Ad-* dit Thomafius, *ad posit. 1. nostram hoc tit. idem Jus habere eum, qui fidem quidem habuit; sed ad habendam fidem dolo inductus est: Quod potest admitti, si dolus valde singularis, atque ad eam rem applicitus fuerit.* Johannes Gutierrez, *pract. Qq. lib. 5. Q. 97. n. 6.* ibi: *Præsumitur enim tunc, præcedentem Dolum causam dedisse fidei habendæ de pretio, ac ideo Venditionem irritam fuisse, & consequenter mercium Dominium non fuisse translatum.* Anton. Matthæus, *tract. de auctionib. lib. 1. cap. 18. n. 13.* verbis: *Sed etsi fidem habuerit de pretio; dolo vero inductus vendiderit ei, qui mox cessurus erat foro, adhuc Dominis annúmeratur, & ante creditores erit.* Idem, in *paræmiis, paræm. 7. n. 7.* ibi: *Municipale Jus, multis locis, negat Domino Vindicationem, si emptor, non soluto pretio, rem vendiderit bona fide accipienti: Quod fallit, si primus emptor jam tûm, cum emeret, fraudandi animum habuerit, merces Venditori interversurus.* Dn. Homborg. *Resp. 30. n. 14.* ibi: *Ist gestalte ten Sachen nach das Dominium der Eilff Fässer mit Brandtenwein bey Herren St. gebliben.* Johannes Voëtius, in *comm. π. tit. de rei vindicat. n. 14.* præprimis in verbis: *Si emptor mox foro cedat, non dubium, quin venditori superfutura sit Rei Vindicatio, cum non possit videri dominium ex traditione translatum, cum, nullo precedente iusto titulo, nulla, per traditionem, alienatio contingit, nec emptori dominium acquiritur: imò non longè à furti vitio tale factum abest.* Et in his ibi porrò sequentibus verbis: *Non impediendus videtur primus Venditor, à quo dominium non recessit, quo minùs eandem à tertio vindi-*

oet.



cet bonæ fidei emptore, &c. David Mevius, *part. 6. Decis. 193. in not. n. 13. ibi: Non sinit inde transferri dominium; sed res pro non tradita habetur, & ut de furtiva, rei vindicatio locum habet. & num. sq. 14. ibi: Decoctio instans facit, ut non transferatur mercium venditarum dominium; sed integra existat Venditori, ut suarum, Repetitio.*

De Vindicationis istius Subjecto, quòd illud, & quidem activum, constituat cujuscunque Rei Venditor, qui, dolo emptoris malo inductus, suam mercem, vel rem, ei fide de pretio, expressè, vel tacitè habitâ, vendit, & simpliciter tradidit, res ipsa loquitur. Et quòd nec illius Universalibus, nimirum Hæredibus, cum similibus Successoribus; nequè etiam Singularibus, nempe Cessionariis, seu in rem suam datis Procuratoribus, ista actio denegetur, generalitas *Legis 23. princ. de rei vindic. & totius hujus tit. tum & Legis 8. & L. fin. Cod. de H. vel A. vend. L. 16. de fundo dot. cum parallel. vel tacentibus nobis apertissimum reddit: Ut dehinc nec de ejus Subjecto passivo, quod non solum ipsi fraudulentum Emptores, vel, si boni hinc cesserint, suave fugâ, vel morte, vel aliter, sua bona dereliquerint, eorundem Curatores, vel, in casu non dati Curatoris bonorum, omnes cæteri, ad Concursum pertinentes, Creditores, imò planè universi, tametsi vel maximè bona fide & justissimo titulo muniti, rerum talium Possessores, procul dubio constituunt; quippe quos nihil prorsus in illis Juris acquirere potuisse, rectissimè pronunciat, post innumeros, quos laudat, Johann Franciscus Salgado de Somoza, in *labyr. creditor. part. 2. cap. 24. n. 14. ibi: In re sua unctis potior est Dominus; quippe in eadem, tanquam in aliena, nullus Creditor emptoris, aut detentoris, acquirere potuit pignus, vel hypothecam &c. Voetius, d. l. Pariterque de Objecto hujus Vindicationis, quod ipsæ Merces, vel res talium fraudatorum dolo malo coemptæ, sive potius fraudulenter ablatae, absolvunt, aliisque similibus, quidquam porro delibare necessum censeamus; cum hæc omnia facillimo, imò nullo negotio, ex titulo de rei vindicat. & inferius dicendis, à quovis istius methodi cultore suppleri valeant. Illud unicum extremo saltim digito hinc tangere non omnino supervacuū ducere possumus, quòd, si quidem hæc actio adversus ipsum hujus furtivi Fraudatorem, vel alium malæ fidei possessorem intentetur, etiam omnes rei venditæ, non saltim percepti, multoque*  
magis*



magis adhuc pendentes, ceu partem istius constituentes; *L. 44. ff. de rei vindic.* verum etiam ex illa percipiendi, imò etiam **consumpti fructus**, venditori faciendæ restitutionis Objectum constituent; de quibus tamen, quòd illi directâ (De utili videat. post Bartol. Alberic. de Rotate, Johannem Fabrum, & Cardinalem Tuschum, Francisc. Gallus, *tr. de fructib. disp. 14. artic. 2. n. 27.* & Georg. Franzkius, *ad tit. π. de rei vindic. n. 63.*) Rei Vindicatione in Judicio peti valeant, perperam à compluribus DDibus adstruitur: cum de **consumptis**, ad illorum videlicet æstimationem, quæ vice rei fungitur, **condictio ob injustam causam**; *L. 3. Cod. de Cond. ex L. & sine causa vel injusta. C. L. 4. §. 2. ff. fin. regund. L. 4. Cod. de crim. expil. hered. L. 16. Cod. de præd. minor.* Arnold. Vinnius, *ad §. 35. n. 12. circa fin. Inst. de Rev. divis.* Anton. Perez. *ad tit. Cod. de cond. ex L. num. 6.* Coll. Jur. Argentor. *ad tit. π. de condict. ob injust. caus. n. 8.* Dn. Lauterbach, in *tr. synopt. ejusd. tit. §. 2.* itemque, cum cæteris omnibus concurrens, **Condictio sine causa**, per *L. 1. princ. §. 1. & 2. cum L. seq. 4. ff. de condict. sine caus.* Aldov. Aldovinus, *cons. 50. n. 14.* Peregrin. *de fideicom. art. 49. num. 130.* Francisc. Gallus, *cit. l. vers. Secundo casu.* Oinotomus, *ad §. 35. n. 8. l. de rer. divis.* Wesembec. *ad eund. tx. n. 14.* (Non verò furtiva; ut malè definit Johannes Copus, *tr. de fructib. lib. 2. tit. 4. cap. 1. n. 7.* & Gallus, *d. l.*) & de percipiendis, non nisi Imploratio Officii Judicis à LLibus & illarum DDibus concedatur. Francisc. Gallus, *tract. de fructib. disp. 14. artic. 2. num. 27. & 33.* His igitur omnibus suo loco relictis, ad ea, quæ nobis, pro angustia istarum paucularum pagellarum, satis multa dicenda sunt, nos statim accingimus, primò ipsam, quæ pro his fraudulenter ablatis quibusvis mercibus, sive rebus venalibus, justissimum sibi locum & æquissimum vindicat, vindicandi Facultatem; deindè ad illam statuminandam necessaria Requisita, porrò ejus Effectum, in quamplurimis, quas notabimus, Ampliationibus, se ostentantem; tandemque Contraria, quàm fieri poterit, brevi & levi via investigaturi.

§. IV.

Priusquàm verò hanc æquissimè singularem & abnormem sanctionem, quòd Mercatores & alii Venditores, qui ad res suas, vel merces vendendas, & , fide de pretiò habitâ, tradendas, ab illarum emptoribus dolo-

B

sè



sè inducti, easdem ab illis non tam emptas, & traditas, quàm, sub furti ferè specie (Johannes Voëtius, ad tit. π. de rei vindic. n. 14. circa fin.) fraudulenter ablatas, contra Juris Communis receptissimas Regulas vindicandi Jus habeant, sub incudem vocemus, illud hîc meritò prælibandum se sistit: Annon omnibus Venditoribus, in casu præsertim ab emptoris Creditoribus excitati Concursum, ad res, à se, ad credentiam venditas, adhuc extantes, domini jure recuperandas, ipsa Rei Vindicatio; vel, ad plenam pro illis satisfactionem, ex Massa bonorum Decretoris, pro emptore obtinendam, Actio hypothecaria; vel quod aliud Juris Remedium competat? Sic, ut ipsis dehinc vel (primo in casu) extra Concursum; vel, secundo, in classe Hypothecariorum; vel, 3tio, in numero Creditorum personaliter privilegiatorum satisfieri debeat? Nam si hæc, & præcipuè primæ quæstionis affirmativam, obtinerimus, de his aliis Venditoribus, qui ad Venditionem, ipsamquæ Credentiam dolosè inducti, tanto minus erit dubii, quin & ipsi suas merces, non tam à se ipsis venditis & traditis, quàm per furtivam, à qua parum hîc absumus, contrafectionem, astute surreptas vindicandi Jus habeant. Et omninò pro illo priori membro, quòd videlicet Venditores res à se venditas, & emptoribus, quantumvis fide de pretio habitâ, traditas, à quocunque possessore, sicque etiam ex manu Curatoris bonorum, vel ipsorummet Creditorum, vindicandi Jus habeant, agmen ducere ipsum Baldum nostrum antesignanum, de quo Jason frequenter in ore ferebat, quòd nil unquam ignoraverit, notante Marquardo, de jure mercator. lib. 2. cap. 2. num. 14 dispalescit ex ipsius notatis ad L. 6. Cod. de bon. author. judic. possid. & quæ docet ipsius suffraganeus Zasius, ad L. 24. §. 2. ff. eod. ubi ita de hoc: Si quis, inquit, vendat mercatori merces, pannos, vel alia, & fidem habeat de pretio, Bonis postea mercatoris distractis, an iste Mercator possit vindicare merces, & accipere, quæ adhuc non sunt consumptæ? Dicite, quòd Venditor præferatur in merce, quæ extat, & hoc ex benignitate NB. receptum est. Quibus convenienter etiam Gallus Consultus, Renatus Choppius, usquequaquæ Alienatorem, etiam in rei suæ pretio, Creditoribus præferri, confidenter pronunciat, de Moribus Parisior. lib. 3. tit. 3. num. 8. Addant. quæ habet Henricus Gisebertus, in Justiniano harmon. ad §. 41. num. 1820. Inst. de rer. divis. & Martin, Bonacina, de re-  
stitut.



*stitut. in genere, tomo 2. Disp. 1. Q. 8. puncto 2. n. 8. pag. 406.* Sed, cum utiq;  
 Venditor omne suum, quod habuit, in re venditâ, Jus per veram, vel fi-  
 ctam traditionem, in emptorem, ejus fidem secutus, transtulerit; Marcus  
 Anton. Sabelli, in *summa diversor. tract. §. Venditio. n. 4. & 7.* Merc. Mer-  
 linus, in *tract. de pignor. & hypoth. lib. 2. tit. 1. Q. 47. n. 5. & lib. 4. tit. 1.*  
*Q. 41. n. 12.* Cœlius Bichius, in *Decc. Rota Rom. Dec. 627. & 729.* Alco-  
 gradus, *lib. 1. consil. 69. n. 9.* Christinæus, *Decc. Belg. vol. 1. Dec. 159.* sic-  
 que nihil in illa sibi reliqui Juris adserere valeat; §. 41. *Inst. de rer. div.*  
 quo circa nec ipsi, ceu non amplius rei Domino, ejusdem à quoquam vin-  
 dicandi facultas competere poterit. Martin. Chemnitius, *de jure prelation.*  
*creditor. th. 210.* Ex quo ita emphaticè Franciscus Pfeil: **Dann alldieweil**  
**Sie ihr Guth dem Krämer verkaufft/ und auff seinen Glauben ges-**  
**lifert/ und also ohne Vorbedingunge geborget/ so ist es sein eigen gewor-**  
**den/ und haben dasselbige seine Gläubiger all/ einer so wohl/ als der an-**  
**dere; doch jeder nach seinem Anpart der Schulden/ sich daran zu erhoh-**  
**len; in consil. 30. §.** Dann alldieweil. Idquè sive de Bonis immobili-  
 bus quærat, sive mobilibus; per regulam *L. 1. §. 1. de leg. prest. L. 8.*  
*de P. in R. act.* Quamvis enim diversum de rebus mobilibus definiat Chop-  
 pinus, *d. lib. 3. tit. 3. n. 8.* Charondas, *lib. 11. resp. 32.* Brodeau, ad Louet.  
*lit. PP. n. 19.* Bacquet, *des justices, cap. 21. n. 409.* Christinæus, ad *LL.*  
*Mechlinienses, tit. 7. art. 8. in addit. vers. notandum hic est.* Marcus  
 Antonius Sabelli, in *summa divers. tract. §. Venditio. n. 5. vers. Quod*  
*vendens aliquid mobile, si illud reperiat in possessione debitoris,*  
*ceteris Creditoribus præferatur, etiamsi de pretio fidem habuerit:*  
 Tamen alii omnes hæc promiscuè definiunt, nullo prorsùs discrimine in-  
 ter bona immobilia & mobilia admissò. Adeatur, pro pluribus, Johannes  
 Grivellus, *Decis. Dol. 56.* Hincque passim apud Nostros definitum vi-  
 dere est, quòd, quamprimùm res vendita, & emptori, de pretio fide ha-  
 bitâ, traditâ, venditor omnibus emptoris hypothecariis, imò etiam solum  
 privilegium exigendi personale simplex habentibus creditoribus postpo-  
 ni debeat, ceu, per proprium sui ipsius factum, à jure dominico, cum omni-  
 bus illius effectibus, præclusus; & à tempore rei ad credentiam traditæ  
 tantùm Creditor Pretii; tx. expr. in *L. 12. verbis: Incivile atque in-*  
*usitatum est, quod postulas, ut mancipium, quod tradidisti, & eo*  
*modo dominium ejus transtulisti, invito eo, ex nostro rescripto, ti-*  
*bi assi-*



*bi assignetur. Sanè de pretio, si non hoc antè probatum fuerit te recepisse, convèni adversarium tuum. Cod. de rei vindic. & in L. 12. Cod. de contr. empt. idemque simplex, seu nudus, quem dicimus, chirographarius; qui proinde nullam aliam, quàm tantum personalem adversus emptorem, ad pretium consequendum, videlicet empti venditi, porrò habet actionem; per dd. lxx. Anton. Heringius, de fidejussor. cap. 19. num. 235. Johann-Bapt. Cardinal. de Luca, in Conflictu Rationis & Legis, post Supplem. part. 3. observ. 133. ibi: Inter chirographarios recensetur, ut cum eis concursum habeat; non cum hypothecariis, quibus, etiam posterioribus, in ipsamet re sua postponitur. Josephus Vela de Orenna, diss. Juris controuv. 30. num. 9. Anfaldus de Anfaldis, de commerc. & mercatura, disc. 56. n. 3. verbis: Ubi Venditor habuerit fidem de pretio, seu, ut Jctus in L. 5. §. 18. ff. de tribut. act. loquitur, in creditum abierit, tantummodò efficitur simplex creditor chirographarius. Joh. Franc. Salgado de Somoza, in labyr. cred. lib. 1. cap. 11. n. 114. ibi: Si simpliciter tradatur, habità fide de pretio, tunc procul dubio dominium transfertur in emptorem; & hoc casu Venditor, si concurrat cum aliis emptoris Creditoribus ad pretium consequendum, Creditor chirographarius & personalis simplex dicitur, & nullum privilegium aut prelationem habet; sed potius ei ceteri Creditores hypothecarii, aut alias privilegiati preferuntur. Dnus Chlingensperger, in colleg. Instit. de acquir. rer. dom. Q. 68. Widmann. de contract. tit. 9. §. 11. Mevius, p. 6. Dec. 193. n. 1. Joh. Voetius, ad π. tit. de rei vindicat. §. 14. ibi: Vindicare nequit; sed tantum, pro pretio consequendo, cum chirographariis aliis emptoris Creditoribus concurrat, etiamsi res vendita adhuc essent in bonis emptoris solvendo non existentis. Anton. Faber, in Cod. Sabaud. lib. 8. tit. 7. D. 6. Etiamsi ad unicam duntaxat horam fides habita fuerit; prout, præter Authores à Dn. Præside, in disp. de Vendit. ad credentiam cum propediem Decoëturo præcipuè inita, §. 10. laudatos, in puncto constabilit perillustri Dn. L. Baro de Lyncker, Decis. 418. ibi: Dominium translatum censetur, quamvis unius tantum horæ data fuerit dilatio. Et tamen in casu, si nihil superfit, ex quo Venditor rei à se venditæ & traditæ pretium consequi possit, Ancharanus regressum ad eandem eidem competere adstruat;*

struat;



struat; *cons. 184.* & cum illo Franc. Cardinal. Mantica, de *T. & A. C. lib. 11. tit. 12. n. 8.* Petr. Barbofa, ad *L. Si cum dotem. 22. §. ult. n. 32. ff. sol. matrim.* ubi etiam hanc sententiam veriore & crebrius receptam appellat. Marius Antoninus, *varr. resoll. lib. 2. resol. 60. casu 42. vers. Quia hoc.* tamen etiam hoc nostrum facere non possumus, per *dd. jura.*

§. V.

Pro affirmativa secundi Membri, quod videlicet Venditor, qui rem, fide quantumvis de pretio habitâ, emptori tradidit, ex primo momento hujus traditionis, in ipsa re vendita, tacitam habeat Hypothecam, eademq; Jure Gg. ipsi sit obligata, arg. famosissimæ *Legis 13. §. 8. ff. de act. empti vend.* æquè ac pro Domini retentione, definiit Baldus, ad *d. l. 6. n. 1. vers. Secundo satisfit. Cod. de bon. autor. jud. possid.* approbatus Cajetano, in *sua Summa, vocab. Restitutio.* Navarro, in *manuali, cap. 17. n. 49.* Choppino, de *morib. Parisior. lib. 3. tit. 3. n. 8.* aliisque, quos laudat & sequitur Lessius, de *just. & jur. lib. 2. cap. 15. n. 11.* Hincque etiam ejusmodi Venditionem, quæ fide de pretio habitâ fit, Hypothecæ reservationem in ventre habere, scribit Cælius Bichius, in *Decis. Rotæ Rom. Decis. 136. n. 16.* Marc. Anton. Sabelli, in *summa divers. tract. §. Venditio. n. 5. vers. Quod ante solutionem pretii.* Sed & istam doctrinam, suo maximo merito, perquam falsam appellat Bartholomæus à Saliceto, ad *d. l. 6. n. 3. Cod. d. tit.* & ipse, ut sæpè, sui hætenus immemor, laudatus Baldus contrarium agnoscit, ad *L. 13. n. 1. Cod. de oblig. & act. & ad L. fin. num. ult. C. de commod.* cujus etiam *deut. pgs.* has ipsas videlicet, illius *Φρονιδας* magnis animis amplexantur Moderni plerique; ut ex Straccha, Negusantio, Pinello, Covarruvia, Gutierrezio, Matienço, & aliis recenset Petr. Barbofa, ad *L. Si cum dotem. 22. §. ult. n. 32. ff. sol. matrimon.* ubi etiam hanc sententiam veriore & crebrius receptam appellat. Gomezius, *varr. resoll. tomo 2. cap. 2. num. 30. vers. Item etiam.* ibique Additionator. Gailius, *lib. 2. obs. 12. n. 4. & obs. 15. per integr.* Gabriel Mudæus, ad *L. 19. n. 9. ff. de contrah. empt.* Vanderranus, de *privil. cred. cap. 8.* Vincent. de Franchis, *Decis. Neapol. 506. n. 3.* Joh. Yannez Parladorius, *ver. quotid. lib. 1. cap. 8. n. 1.* Felicianus de Solis, de *consib. lib. 3. cap. 5. n. 22.* Petr. Augustin. Morla, in *emptor. Jur. tit. 9. in prelud. num. 100.* Surdus, *Dec. 220. n. 33. & seq.* Gratianus, *Discept. forens. tom. 1. cap. 24. n. 4. cum seqq.* post Cævallium, De Mena,



& Morotium, Joh. Del Castillo, *quotidian. controu. tom. 3. cap. 8. n. 9.*  
 Amator Rodriguez, de *conc. creditor. part. 1. art. 7. n. 9.* cum Maynardo  
 & Colero, Hilligerus, in *Donello enucl. lib. 23. cap. 15. lit. L. co. fin.* An-  
 ton. de Amato, *resoll. forens. tomo 1. resol. 3. n. 40. & 43.* Henric. Kin-  
 schot, *Resp. 103. n. 14. post med.* cum aliis Joh. Baptista Saminiatus, *cons.*  
*5. n. 20. usque ad fin.* post Jason. Angel. Bartol. Ripam, Cœpollam, Va-  
 lenzuelam, Ignatium del Villar, Vasquezium & alios, Josephus Vela de  
 Orenna, *Diss. Jur. controu. 30. num. 6.* ubi multis demonstrat, quòd, si  
 quidem talis Venditor cum hypothecariis creditoribus concurrat, hi omnes  
 eidem præferri debeant, & ipse cum nudis chirographariis in tributum  
 vocetur, pro rata talis Pretii, æquè ac unusquisque ex illis alius pro rata  
 sui crediti, ejus solutionem expectaturus, per *d. L. 5. §. 18. ff. de tribut. act.*  
*L. 16. juncta Glossa fin. ff. de in rem verso. L. 6. §. 7. illic: Hunc in portio-*  
*nem vocandum, ex æquandumque ceteris creditoribus. ff. de his, que in*  
*fraud. cred. insimulque ad d. L. 13. §. 8. ff. de action. empt. vend. operose*  
*respondet num. 12. & seqq.* Cui etiam optimè ex similibus txx. nempe  
*L. 31. §. 8. de Ed. ed. L. 22. de H. vel A. vend. L. 15. §. fin. de furt. & Legis*  
*5. de dote preleg. satisfieri potest.* Johann del Castillo *dict. cap. 8. n. 8.*  
 Caldas Pereira, de *empt. & vendit. cap. 13. n. 27.* Antonin. de Amato, *d.*  
*resol. 3. n. 40.* B. Dn. Lauterbach. in *tract. synopt. tit. de action. empti*  
*vend. §. 1. n. 3.* Franzkius, ad *tit. π. de pignorib. n. 39.* B. Dn. D. Kur-  
 rer, in *sua inaugur. de tacito pignore, §. 34.* Dn. Præses, in *Diff. J.C. & Mar-*  
*shico-Badens. p. 38. & 39.* Ex quo etiam ita Lambertus Goris, in *supplem.*  
*ad Federici à Sande commentat. de Effestuat. cap. 5. n. 22:* Fit, inquit,  
 nonnunquam, ut emptor statim, atque res tradita est, vel sua culpa, vel ad-  
 versa fortuna, non solvendo existat, atque hinc, extante licet adhuc re  
 venditâ, Venditori, unâ cum re-venditâ, etiam pretiò carendum sit; præ-  
 latis scilicet iis, qui in bonis debitoris hypothecam sibi quæsiverunt: Esse  
 siquidem tritum inter DDres, venditorem in re venditâ ac tradita, etiam si  
 penes emptorem adhuc reperiat, ob non solutum pretium, nullam, ne-  
 quidem tacitam, habere hypothecam. Eandemque sententiam non sal-  
 tim communem; verùm etiam ab omnibus ferè approbatam testatur Jo-  
 hannes Grivellus, *d. Decis. 56. n. 1.* Quibus Juribus conformiter, con-  
 tra illum nimis largum illorum interpretem, & privilegiorum diribito-  
 rem Michael. Beutherum, qui & bibliopolis in libris Doctori vel stu-  
 dioso ad credentiam venditis, licet jamjam compactis, jus tacitæ hypothe-  
 cæ sine



ca sine Lege assignat, contra regulam L. 1. *Cod. comm. de legat. in tract. de prelat. cred. lib. 1. cap. 22.* ubi dicit, daß dem Buchhändler seine Bücher verbleiben / als die ihme stillschweigend verpfändet / und daß ihm niemand hierinnen vorziehen seye / rectissime insurgit Henr. Petr. Haberkorn, in *suo tract. de concursu cred. cap. 2. n. 37.* ubi dicit, quòd, si etiam bibliopola emptori librorum fidem habuerit, ipse neq; dominium neq; pignus in illis prætere valedat: addens *n. seq. 41.* quòd his Juribus non obstat utilissima alioquin & æquissima Regula Legis 5. & 6. ff. *Qui P. in P. hab.* ut ibidem videre est. Ad alia complura ἐναντιοφανά videat, omninò Johannes Cardinalis de Lugo, de *J. & J. Disp. 20. S. 2. n. 19. cum seqq.* Imò, licet talis Venditor; quoadusque sibi pretium conventum solvatur, specialem in re vendita hypothecam expresso videlicet Pacto, reservet; tamen hoc solis quartæ & quintæ classis creditoribus, tum & posterioribus hypothecariis officere; non verò priores sive antiquiores, nempe universales, ut quæ etiam universa, ex postfacto acquisita, Bona afficiunt, L. ult. *Cod. Queres P. oblig. poss.* Voetius, ad *π. tit. de pignor. §. 8.* Merlin. de *pignor. & hyp. lib. 2. tit. 1. Q. 1. n. 2. cum seqq.* hypothecas habentibus, quippe quos illicò, ex quo res ad credentiam vendita & tradita in talis emptoris dominium transit, ei suam priorem, tanquam universalem, hypothecam imprimere, & dehinc in concursu ipsum præpedire existimat, pro certo venditat Anfaldus de Anfaldis, *cit. l. pag. nob. 219.* In quo tamen viro eruditissimo assurgere non possumus, per *xxx. in. L. 17. Cod. de pignor. & L. 7. Cod. Qui potior. in P. hab.* & ex hac urgentissimâ in contrarium Ratione, quòd, quando Venditor rem venditam emptori, hoc specifico pacto, vel in ipsa illius traditione, vel ante eandem adjecto, tradit, quòd illa sibi, donec integrum pretium solutum fuerit, obligata esse debeat, planè privilegiariam consequatur hypothecam, ex eo, quòd ipse, tanquam creditor pretii, in re illa prævertat causas omnium aliorum, & antequàm illa in bonis debitoris esse incipiat, ipsi jam obligata sit, sic, ut alii creditores suam anteriorem universalem hypothecam, in ipsius præjudicium, eidem haudquaquam imprimere valeant; per tradd. Bachovii, de *pignor. lib. 4. cap. 5. n. 3. & cap. 9. n. .* Hartm. Pistoris, Sichardi, Carpzovii, in locis, quos refert Dn. Lauterbach, de *privil. cred. person. simpl. th. 29.* Dn. Mauritius, *cons. Chilon. p. n. 19.* Ludov. Postius, *resol. 79. n. 7.* De illo, num



num idem dicendum veniat, si emptor venditori; non in ipsa re vendita specialem hypothecam; sed tantum generalem in omnibus suis bonis; veruntamen cum jurejurando, constituatur? videatur Tesselarius, *Qq. forens. lib. 2. Q. 74.* Et si talis Hypotheca demum post rei venditæ traditionem quidem; sed tamen in eodem Instrumento constituatur, de eo videatur Johannes Marquardus, de *jure mercator. lib. 2. cap. 2. n. 18.* Et quamvis Hodie, non paucis in locis, ex hac haud contemnenda Æquitatis Ratione, re Venditores, emptorum fidem bona mente sequuti, tam facile sibi debitis pretiis fraudentur, advertente B. Dn. Lauterbachio, ad *Jus Prov. Württemberg. part. 2. tit. 8. th. 11.* in re vendita & tradita, seu immobili, seu mobili, jure taciti pignoris eousque potiantur, donec ultimus quoque obolus conventi pretii sit persolutus; ut ex vicinæ Marchiæ Badensis Jure Provinciali, *parte 4. tit. 17. §.* Weiter/wann auch. notat Dn. Præses, in *dictis Different. pag. 39.* Quod & Jure Württembergico, sub certo tamen, quoad res mobiles, temperamento, in *part. 2. tit. 8. §.* Wann auch im Kauffen. ubi Dn. Lauterbach, *d. th. 11.* itemque Hassiaco, Land-Recht der Graffschafft Cassen-Elenbogen; *part. 2. tit. 6. vers.* Und obwohl. Fabricius, ad *Gail. 2. Q. 15.* nec non in Saxonia, per inveteratam, de qua testatur Rauchbahrus, *part. 1. Q. 6. n. 7.* & Berlichius, *part. 1. concl. 64. num. 63.* consuetudinem, quoad Rusticos, ob eorum simplicitatem, constitutum & receptum est, Joh. Schilter. in *praxi for. exerc. ad π. 33. §. 39.* Addatur Surdus, *Decis. 139.* ubi *n. 4. & 5.* dicit, quod vendito frumento, tale pignus legale etiam farinam afficiat. Quod & approbat Hodierna, in *addit. ibid.* Christoph. Besoldus, ad *J. Prov. W. cit. l. th. 40.* Dn. Præses, *d. pag. 39.* Esbach. in *addit. ad Carpzov. p. 1. C. 28. D. 17.* Tamen hæc Statutaria sive topica Jura ad alias provincias extendi non posse, nihil dubii relinquit Johannes Voetius, in *comment. ad w. lib. 1. tit. 4. parte 2. §. 5. & sq.*

§. VI.

Pro tertio Remedio, quod hujusmodi Venditoribus, qui res suas ad credentiam vendiderunt & tradiderunt, ad minimum Privilegium exigendi personale simplex, cujus vi ipsos in quartam classem referre oporteat, denegari non possit, theoriæ non minus, quam rerum forensium gnarissimus pugnat Mevius, in *Decis. part. 6. dec. 193. num. 8.* ubi dicit, quod, ubi venditor sibi non cavit, vel ipsum dominium,  
vel



vel saltim Jus pignoris in re vendita reservando, tunc ipsi nulla quidem Hypotheca competat; benè tamen Privilegium exigendi personale, cujus virtute non quidem hypothecarios; benè tamen chirographarios Creditores antecedit; addens, licet Colerus hoc duntaxat de Jure Saxonico admittat; in *tract. de processib. execut. part. 2. cap. 3. n. 469.* tamen idem, communi observantiâ Fori, per æquissimam Rationem, Venditoribus etiam alibi tribui. *ibid. in not.* Sed quòd etiam talis prærogativa in aliis locis, præterquàm quòd pariter de Saxonico Foro, ex *Ordin. Judic. Saxon. tit. 49. §. Ingleichem da einer.* idem recitant Berlichius, *part. 1. concl. 70. n. 15.* Carpzov. *part. 1. C. 28. D. 154.* ubi videtis Præjudicia. Richter. *de jure & prelat. credit. cap. 5. n. 31.* Gisebert. in *Justin. harmon. ad §. 41. de ter. div. n. 1821.* haudquaquàm obtineat, & ex Jure præprimis Justiniano evinci haud possit, ex authentica contraria definitione *Legis 5. §. 18. ff. de tribut. act.* rectissimè propugnat Henricus Nebelkrä, *Decis. 4.* Johannes Gutierrez, *præct. Qq. lib. 3. Q. 89. n. 6.* Altogradus, *lib. 1. consil. 9. n. 5.* Antonell. *de temp. leg. lib. 4. cap. ult. n. 15.* Salgado, in *labyr. cred. part. 1. cap. 11. n. 79.* post Merlin. Amatium, Gratian. Bonden. & Paulum Rubeum, hæc latissimè firmans, Johann-Bapt. Saminiatus, *cons. 5. n. 20.* ubi dicit, quòd venditor, in re ad credentiam vendita & tradita, nullam habeat Hypothecam, nec Privilegium, ideoquè res ipsi non debeat reddi; sed cæteri creditores in eadem præferri; addens, ità decisum in Senatu Dolano, Mantuano, Sicilia, itemquè in Consilio Neapolitano, Rota Romana & Genuensi, & in Camera Imperii. Dn. Lauterbach, *d. diff. th. 29. in med. ibi: Et si dd. LL. quæ de navibus loquuntur.* Ex quo etiam hoc ipsum personale privilegium à Mevio assertum ad terras Saxonicas restringendum pronunciat Goswin. ab Esbach. in *addit ad Carpzov. p. 1. C. 28. D. 154.* Celeberrimi namquè Juris est, quòd, quotiescunquè nullam peculiarem & certam Legem, quæ sola hujusmodi personale Privilegium, non minùs ac etiam jus taciti pignoris, tribuere potest, ostendere possumus, nulla prorsus extensio hujus planè singularis Juris & Privilegii pedem figere valeat; cum satis sit, Principem, sive LLatorem hoc ipsum non velle; verbo Imperatoris, in *§. 6. J. de J. N. G. & C.* ibi: *Quia Princeps hoc non vult.* in terminis Sichardus, ad *L. 7.* ibi: *Habet magnam æquitatem; sed non est suffulta Lege. Cod. Qui P. in P. hab.* Carpzov. *p. 1. C. 28. D. 107. n. 9.* Dn. Lauterbach. *d. l. in simili Finckelthaus, observ. 98. num. 7.*

C

§. VII.



§. VII.

Manet ergò, quòd Venditor, ab emptore ad vendendum non dolo-  
 se inductus, in concursu creditorum, nec vi Juris dominici, nec hypotheca-  
 rii, nec personalis privilegii exigendi, quidquam prioritatis, etiam in or-  
 dine ad simplices Creditores, prætere valedat. Neque quisquam hîc  
 excipitur. Præterquàm quòd solis, quod noverimus, Argentariis LL.  
 nostræ singulariter in hoc subveniant. Cùm enim Argentarii apud Roma-  
 nos, quos ad istud officium non nisi probos, seu probatæ innocentia, vi-  
 tæ, fidei, diligentia & scientia viros, publica autoritate electos admisisse,  
 cum Glossa unanimis DDrum chorus existimat, universam propemodùm  
 Civitatis rem pecuniariam tractare, & tam aliena, quàm sua negotia in  
 suis, quos habebant, codicibus notare, librosquè de illis Rationum con-  
 ficere in solennissimo more habuerint, Guido Panciollus, in *thesauro*  
*varr. lect. lib. 1. cap. 26. & 31.* qui etiam publicam fidem habebant, L. 4.  
*princ. L. 10. princ. & §§. seqq. ff. de edend. eademque ratione ipsorum of-*  
*ficium etiam publicam causam habere dicitur, in L. 10. §. 1. ff. d. tit. Joh.*  
*Petr. Ronchegallus, ad L. 9. princ. ff. de duob. reis constit. n. 144. ex Glos-*  
*sa & Bartolo, B. Dn. Lauterbach, de oblig. socior. ex convent. cum extran-*  
*inita. §. 32. n. 6. cum seqq.* præprimis verò ipsi se frequentissimè, tum in  
 sua pecunia, ad quascunque res mobiles, vel immobiles comparandas,  
 quibuscunque credendâ, seu mutuâ dandâ, tum & in pretiosis, mulie-  
 ribus præcipuè Ornamentis & Monilibus, etiam fide de pretio  
 illorum habitâ, & nullò vel Pignore, vel Dominio convento, venden-  
 dis & tradendis facillimos præbuerint, eapropter meritò sacratissimo no-  
 stro Principi atque LLatori æquissimum visum fuit, ut, qui tam largiter  
 suos nummos profundunt, hoc præcipuum haberent, ut, si (Quod plerumq;  
 factum Cujacius advertit, ad *Novell. 136. in med.*) egentibus non mu-  
 tuam pecuniam dederint; sed hujusmodi pretiosa ornamenta, monilia,  
 vel ad muliebrem mundum spectantia, sive *Crediti*, seu *Mutui* (intellige:  
 juxta terminos *Legis 11. princ. ff. de reb. cred. vel L. 8. Cod. si cert. pet.*  
*Jungat. Cothmann. cons. 18. n. 50. Suendendorffer. ad Eckolt. tit. de*  
*reb. cred. §. 7. Mevius, cons. 79 n. 9. egregiè Hulderic. ab Eyben, in Dis-*  
*quisit. ad Instit. Disp. 14. observ. 5. Joh. Harpprecht. ad pr. J. quib. m. re*  
*contrah. obl. n. 89. Voëtius, ad tit. π. de reb. cred. §. 4. Gilken. ad d. L. 8.*  
*Cod. si cert. pet. Widmann. in tract. de contract. tit. de mutuo, 2. num. 9.*  
*Zafius, ad L. 11. de reb. cred. Besold. de Mutuo, c. 7. §. 5. & 7. Dn. Lauterbach,*  
*in tract. synopt. de mutuo, §. 1. n. 5; ) vel Venditionis causa, fide, ut di-*  
 ximus,

ximus,



ximus, de pretio habita, simpliciter tradiderint, ipsisq, deinceps de hoc non  
 fatis fiat, Jus talia monilia, aliasve res venditas vindicandi ipsis  
 competat; ex specifica sanctione nostri Justiniani, in dicta Novella 136.  
 cap. 3. verbis: *Si tamen ipsi vel pecuniam numeratam dederint, vel* (Quod  
 ximè apud argentariæ mensæ præpositos fieri consuevit:) *Species aliquot*  
*mundi fortè muliebris, aut argenti, quod ob ejusmodi datur, vendi-*  
*turve; pro quo tamen pretium nondùm perceperint, tunc liceat*  
*ipsis hæc, tanquam sua, vindicare, etsi hypothecarium Jus in iis*  
*non habeant. Neq, enim illi possidebunt aliena; & cum aurum pro pre-*  
*tio non solverint, frustra detinebunt ea, quæ ipsis ab aliis tradita sunt;*  
*sed sive ad Heredes transmiserint, Hæredes eorum, pro ipsis, vel ipsa*  
*data reddent; sive ad Heredes non pervenerint, licebit hæc ipsis vindi-*  
*care; nullâ contra ipsos Hypotheca, in eorum rebus, quæ per alios*  
*fortè quæsitæ sunt, (sive aliis Creditoribus in hujusmodi pretiosis*  
*quoquomodo constitutæ) valiturâ. junctis his in eodem capite 3. præce-*  
*dentibus verbis: Neq, enim justum est, ut, qui tam largiter suas*  
*pecunias profundunt, non item primum & extra omnem con-*  
*troversiam positum ordinem teneant; (& in casu, de quo quæ-*  
*rimus, facultatem res à se ad credentiam venditas & emptoribus traditas,*  
*à quocunq; illarum possessore vindicandi generaliter habeant.) Jac. Cuja-*  
*cius, ad d. Nov. Jac. Wissembach, ad prior. π. part. Disp. 40. §. 22. in fin.*  
*Idem, ad Inst. tit. de rer. divis. §. 37. in fin. Huberus, ad eundem tit. §. 55.*  
*ibi: Excipiuntur quoq, Argentarii, tametsi fidem habuerint de pretio;*  
*tamen, eò non solutò, vindicare res possunt. Scharfchmid, Exerc. ad Novell.*  
*33. ad d. Novell. 136. §. 28. p. 551. Sönnemann, in Jure Novellar. constit.*  
*ad eand. Nov. cap. 3. pag. 913. & seq. ubi n. 5. rectè monet, quòd, quia*  
*Imperator Argentariis hoc, loco singularis beneficii, ob publicum, quod*  
*sustinent, officium indulterit, ideò alii Venditores, in re ad creden-*  
*tiam venditâ & traditâ consimile privilegium incassum sibi arrogent: Id*  
*quod etiam observat Dionys. Gothofredus, ad d. Novell. cap. 3. lit. m.*  
*ibi: Argentarius si, loco pecunie, credidit, aut vendidit monilia, nec ei sa-*  
*tis fiat, potest Argentarius, eò casu, monilia vindicare; quod in reliquis*  
*venditoribus non est &c.*

§. VIII.

Veniamus ad illa, de quibus hîc nobis principaliter quæritur, si  
 nimirum cum talibus, præcipuè mercatoribus (ceu in quibus hoc exem-



plum frequens & quotidianum Nostri passim advertunt.) qui vel jam decoxerunt, vel decoctioni proximi sunt, sequē gravi grandiq; ære alieno, ad propediem secuturam egestatem, oppressos ipsi optimē nōrunt, & tamen vel prædia, aut alias res, seu merces quascunq;, præsertim pretiosas, vel in magna quantitate, dolosissimo proposito, nihil scilicet solvendi, ab aliis comparant, venditio à Credenza, quam appellat Gratianus, *Discept. forens. cap. 967. n. 13. ibi: Et passim emptiones a Credenza. sive fide, de pretio non statim solvendo, habitā fuerit celebrata.* Etiam istud difficillimū Juris Articulū non unā sententiā Dāres definiunt. Nonnulli namq; in eodem, jx. regulas boni & æqui definiendo, nimis magnā Æquitatis, quam omnibus alioquin; sed suis in terminis, Judicibus ipsemet LLator commendat, in *L. s. C. de jud. ratione & veneratione per moti, sine ullo discrimine, sive Emptor fraudulentæ suæ inductionis convinci possit, sive non possit, ad exemplum eorum, quos superiūs laudavimus, §. 4. magnis animis contendunt, quòd, si Venditor emptori rem venditam tradiderit, fide eidem de pretio habitā, sicq; ejus dominium, & dum vulgarem & ordinariā LLum dispositionem, in ipsum transtulerit, & deindē ipsius, tanquam ære alieno valdē obruti, Creditores concursum excitent, seu processum edictalem, iniquissimum sit, ut Venditori Merces, in bonis emptoris adhuc existentes, vindicare non liceat; sed ipse in classem simplicium Creditorum, cum certā illarum jacturā relatus, admittere cogatur, ut alii Creditores istas merces inter se partiantur & auferant; adeo, ut hanc ipsam definitionem, tanquam nimiam asperitatem involventem, inter classicas referat irrationabilitates Johann-Baptista Cardinalis de Luca, in *suo theatro verit. & justit. in conflictu Legis & Ration. post tertiam partem Supplementi, observ. 133.* Et dehinc quoq; Gaspar Anton. Tressaurus cordatē adstruat, quòd ipse non dubitet pro Venditore in talibus terminis pronunciare, & quòd supremo Principi consuleret, ut Legem desuper in contrarium conderet, perpetuam valituram; in *Qq. forens. lib. 2. Q. 74. num. 1. in fin. vers. Verum Ego.**

§. IX.

Neque suis, ad minimum quoad tales **Fraudatores** seu dolososemptores, **Rationibus** hæc ipsa generalitas destituitur. Generaliter namq; verum est, daß dem gemeinen Weesen mercklich hieran gelegen sey / daß allem begangenen Betrug und schädlicher List gebührend begegnet / und vorgebeuget werde; per *L. 1. ff. de dolo malo. Cap. 15. x. de rescript.* Danvenhero ( 2dò. ) keinem der vermeinte Vortheil / den er durch List und Betrug erworben / zu gute kommen solle, **Dolus siquidem nemini patrocinari,**



cinari, vel lucro esse debet; quia hominum malitiis non indulgendum. *Cap. 5. §. de empt. & vendit. Cap. 2. §. ult. §. de dolo & contumac. L. 30. Cod. de transact.* Allermaßen dann (3.) nicht einmahl durch gemachte Pacta und Conventiones, mit Fug und Recht/ eingeführt werden kan/ daß dasjenige/ so durch Betrug genommen/ beständig/ und zu Recht gegründet sey; per *L. 23. ff. de R. Jar.* Bonæ liquidem fidei iudicio contrarium est, valere Pactum, ne Dolus præstetur; per *LL. alleg.* Nam qui ex bona fide nascitur contractus, ad perfidiam retrahi non debet; per *L. penult. Cod. de pact.* Deswegen (4.) nach denen Gemeinen Rechten die betriegliche Verschweigung des Käuffers/ so zu bezahlen unvermögend; jedoch sich nicht scheuet/ mit dem Beding mit Verkäufern einen Kauff zu schliessen/ daß er nur eine geringe Zeit/ wegen der Zahlung des Kauff- Schillings/ mit ihm stunden möge/ verursachet/ daß solcher Kauff null und nichtig sey. Dann (5.) eine außgemachte Sache ist/ daß der Dolus, dans causam contractui, solchen ipso Jure annullire und ungültig mache. Solchem nach ist in thesi unzweifelhaftig/ gewiß und außgemacht/ daß ein Käuffer/ so betrüglich mit dem Verkäufer umgeheth/ und zur Zeit des getroffenen Kauffs allbereit nicht solvendo ist/ das Eigenthumb der gekauften Wahre nicht erlange. *Græv. Negulant. Martini, Brunnemann. Ab Esbach, Carpzovius, in locis mox remissivè allegand.* Talis siquidem emptor non tam animo emendi, quam furandi, ad hunc contractum accessisse videtur. *Harpprecht. Mevius &c. prout benè de his differere videmus Dn. Andream Homborgium, primarium Helmstadii Antecessorem, in novissimè editis ipsius Respp. Resp. 30. n. 1. cum seqq.* Imò istam generalem traditionem, quòd Venditor in re, ad credentiam licet venditâ, & emptori verè, vel quasi traditâ, licet ejus dominiûm sibi non reservaverit, nequè de specialis, in eadem, hypothecæ nexu sibi prospexerit; tamen aliis creditoribus, si illa in bonis emptoris adhuc extet, præferri debeat, naturali Æquitati adeò sonvenire, ipse etiam B. Dn. Strykâus existimat, ut etiam hanc Justiniani Juris contrariam sanctionem, ut *Res mea, quam tu à me emisti, non exolutô illius pretiô, adhuc in bonis tuis existens, aliis assignetur, & ego simul Re mea, & Pretio carere cogar, à naturali æquitate maximè alienam dicat, in disp. de fide habita, cap. 5. n. 51. secutus Lessium, de J. & J. lib. 2. c. 15. dubitat. 2. n. 11. & Johannem Valerium, in different. intrinsq. Fori, differ. 10. in med,* qui etiam intrepidè adstruere non dubi-



rat, quòd de Æquitate, in supremis Tribunalibus, & inter Mercatores, in utroq; Foro, conscientia nimirum, seu interno, & externo, præferendus sit ille, qui merces adhuc extantes vendidit, quantumvis fide de pretio habitâ: in quo etiam subscribere videtur Marcus Anton. Sabelli, in *Summa diversor. tract. §. Venditio. num. 4. vers. Quòd vendens habita fide &c.* Addat, omninò Henric. Gisebertus, in *Justiniano harmonico, ad §. 41. num. 1820. Instit. de rer. divis.* Gabriel Mudæus, de *contrab. empt. ad L. Quòd vendidi. 19. num. 9.* in verbis: *Quòd tamen alii ex Æquitate moderandum duxerunt, ut, quia brevi post tempore latitare cœpit à facie creditoris, vel solum verterit, tunc venditor dolus videatur inductus, ut fidem de pretio haberet; quæ idcirco censebitur, ut non habita, ne ei Dolus suus patrocinetur.* Johannes Calvinus, *tract. de Æquitate, lib. 1. cap. 91.* ubi dicit, quòd Æquitas hoc quoque efflagitet, ut, licet forma mercium, fide de pretio habitâ venditarum, mutata sit; attamen Res ipsæ hòc modò venditæ Venditori obligatæ sint, si Emptor non solvendo existat.

§. X.

Licet autem hoc ultimum, ex naturali æquitate & justitia, quam appellat Modestinus, in *L. 7. §. 13. ff. de excusat. tutor.* petitum principium, quòd Venditor non debeat simul sua re, & pro illa convento pretio carere, non adeò firmo subnitalo existimet Johannes Cardinalis de Lugo, de *just. & jure, tomo 1. Disp. 20. sect. 2. num. 21. in fin.* ubi ita: *Respondetur, ait, idem ferè inconueniens sequi, quando vides rem tuam, quam vendidisti, extantem apud amicum emptoris, cui ipse donavit, & te simul re tua & pretio carere: Pariter etiam dolere poteris, si, pretio non soluto, Emptor rem illam pluris vendidit, vel pro aliâ meliori permutavit; & vides ex pretio rei tue, vel ex re illa, quam pro tua comparavit, satisfieri aliis creditoribus, te omninò prætermisso: in quibus casibus ipsi admittunt, Venditorem non habere ullam prælationem. Id ergò tibi totum imputare debes, & tua fiducia, quâ rem tuam in alterius dominium transtulisti, ejus fide contentus de pretio solvendo, &c.* Quibus calculum adjicit B. Dn. Assessor Mauritius, *consil. Chilon. 9. num. 25.* Tamen etiam complurium, in Italia præcipuè, Statutorum Conditores, idem hoc naturalis Æquitatis dictamen in oculis habentes, ei pariter congruentius hoc existimarunt, ut Venditor, emptoris licet fidem secutus, nihilominus in mercibus adhuc extantibus præferri debeat; quam in rem  
passim



passim laudant Statutum Mantuanum; ex relatis Francisci Nigri Cyriaci, *controv. for. 463. num. 12.* ubi dicit, quod Mantuæ, ex quadam æquitate, inductum sit, quod venditor in re propria, pro pretio sibi debito, quibuscunq; etiam anterioribus creditoribus præferri debeat, & in *præc. controuv. 81.* ubi quærit: An venditor etiam Uxori, suam Dotem repetenti, vi istius Statuti præponi debeat? Addat. de eodem Statuto Surdus, *Decis. 56. & 139. utrobique in princip.* Hodierna, ad *d. Decis. 56.* Tellaureus, *dicta Q. for. 74. lib. 2.* itemq; Statutum Avenionense; quod exhibet Hieronym. à Laurentiis, *Decis. 96. in princ.* Cyriacus, *controv. forensi 81. num. 12.* Joh. Bapt. Cardinalis de Luca, in *tract. de Dote disc. 81. num. 6.* ubi pariter de uxoris suam dotem repetentis, & Venditoris præferentia quærent. Idem, *post Supplementum, in conflictu Ration. & Legis, obs. 133.* Lucense; quod refert Joseph. Altogradus, *lib. 1. cons. 9. n. 40. cum seqq.* Papiense; ex Johannis Bapt. Costæ *tract. de remediis subsidiar. Remed. 124. num. 40. & Remed. 12. num. 15.* ubi etiam in casu, quò rei venditæ forma mutata, ei locum concedit. De quo etiam fusè in interpretatione laudati modò Statuti Mantuani Joh. Petr. Surdus, *Decis. 139.* & ad illam Hodierna, in *addition.* Eugubinum; de quo videat. Conciolus, in *commentar. ad Statuta istius Civitat. lib. 2. rubr. 53.* Mediolanense, de quo Menochius, de *arbitr. judd. Qq. lib. 2. cent. 2. casu 203.* Dn. Lauterbach, de *jure in curia mercat. usit. th. 133.* & Ferrariense, relatum Bondeno, in *collecat. legali 49. num. 31. in fin. lib. 1.* Pignat. ad *Statuta Ferrariensia, lib. 2. rubr. 24. num. 13.* Ansaldo de Ansaldis, in *tract. de commerc. & mercatura, disc. 56. num. 5.* ubi omnia hæc Statuta, in hoc, ut Venditorem, etiam habita fide de pretio, præferendum sancirent, ex illo, ut loquitur, naturalis aversionis sensu, conspirasse testatur. Quorsum etiam illud referendum videtur, quod de Dn. Georgio Hassorum Principe Eberhardus Fabricius constitutum recenset, quod, quamvis venditor emptoris fidem fuerit sequutus; tamen ipse in re vendita, adhuc extante, omnibus omninò creditoribus præferendus sit, eo quod Vulgus apices Juris negligere, neq; sibi de expressa hypotheca prospicere soleat; in *addit. ad Gail. lib. 2. obs. 15.* Quam ipsam sanctionem omnem clementiam clementissimi Principis redolere, ex eo, pronunciat Sonnemannus, ad *Novell. 136. cap. 3. num. ult.* quia Jura aliàs non dormientibus & desidibus; sed sibi vigilantibus dicuntur scripta, in *L. 24. ff. de his, que in fraud. credit.* Et quod deniq; omnimodò hujusmodi Statuta, quod Venditores in rebus, à se, ad creden-



credentiam licet venditis, ex concursu vindicandis, sive Jure separationis ordinario auferendis, omnibus aliis creditoribus præferri debeant, validissima sint, nihil scrupuli reliquum patitur Græveus, *præct. conclus. lib. 2. conclus. 15. num. 7.* & præsupponit Johann-Petrus Surdus, *Decis. Mant. 139. per integr.*

§. XI.

Quanto verò laxiori, justòq; latiori interpretatione, in hujus Articuli determinatione, istius sententiæ fautores utuntur, tanto restrictiori è contra module, in eodem legaliter determinando, plures alii utuntur, pro certo tradentes, quòd, si ille, qui post, multarum præcipuè, vel pretiosarum mercium emptionem, foro, vel bonis cessit, merces, sibi de pretio fide habitâ, coemptas, excitato deinceps Concursu creditorum, adhuc integras & salvas in massa suorum bonorum reliquerit, Venditor illas non aliter vindicandi Jus habeat, quàm si duo sequentia Requisita concurrant: **Primum** scilicet hoc, ut **Cessio bonorum**, vel **Decoectio**, aut **Fuga** hujusmodi Emptoris, emptionem, post brevissimum Temporis spatium, subsequatur: Quem in sensum non saltim complures magni nominis DDres loquuntur; quorum aliqui generaliter breve Tempus desiderant; quos inter Chemnitius, de *Jure prælation. creditor. th. 19. & 20.* ibi: *Fraus autem illa ex Temporis brevitate probari potest, si fortè Emptor, sequentibus diebus, fugam arripuisset.* Donatus Antonius de Marinis, *Resoll. Jur. lib. 1. cap. 260. num. 8.* verbis: *Si Decoectio emptoris mercium post contractum subsequuta sit.* Gabriel Mudæus, *tit. de contrah. empt. ad L. Quod vendidi. 19. n. 9.* ibi: *Quia brevi post tempore latitare cæpit.* ff. d. tit. Daniel Moller, *semestr. lib. 4. cap. 28. n. 6.* verbis: *Ubi Statim post factam venditionem fallit emptor, aut non diu post.* Johannes Marquardus, de *Jure mercator. lib. 2. cap. 2. num. 16.* ibi: *Si enim Statim post venditionem, aut non diu post foro cessit emptor.* Alii, ut talis Cessio, Decoectio, Fuga, vel Latitatio statim post merces receptas sequatur. Dominic. Gaitus, *tract. de credito, Quæsto 11. cap. 4. n. 1216. pag. nob. 381.* ibi: *Tamen hoc, velim, intelligas, dummodò Emptor statim, sibi traditis mercibus, fugam non arripuisset.* Johannes Grivellus, *Decis Dolana 56. n. 8.* ibi: *Statim traditione factâ solum vertit.* Anton. Matthæus, de *anctiõib. lib. 1. cap. 18. pag. 217. num. 14.* verbis: **Qui**  
**mox**



MOX cessurus erat foro. Idem, in *paræmiis Belgii 7 Ctorum, paræm. 7. pag. 223.* illic: *Aut MOX fugiturus foro.* Johannes Jac. Wissembach, ad prior. *π. part. Disp. 40. th. 23.* ibi: *Mercator, venditis ac traditis mercibus, talaria induat, fugam adornet.* Nicol. Everhardus, *consil. 219. num. 11.* ibi: *Dres in d. L. Si cum dotem. sol. matrim.* loquuntur, quando Emptor incontinenti post receptionem mercium fugam arripuit, & Res extant. Johann-Franciscus Ripa, ad *L. 22. §. 2. num. 7.* ibi: *Conjectura Doli ex eo sumpta, quod Campsor incontinenti foro cedit, cessat hoc in casu, in quo campsor proximis nundinis forum tenuit: & ideo non poterat dici incontinenti cessisse foro.* ff. *de privil. creditor.* Joh. Voetius, ad *tit. 20. de rei vindicat. §. 14.* verbis: *Si tamen emptor MOX foro cedit. Quò & illud referendum, quod de talibus contingit nobis suppeditat Hartmannus Hartmanni, lib. 2. tit. 27. Observ. 16. n. 9.* verbis: *Fraus præsumitur ex brevitare Temporis, si scilicet Die sequenti fugam arripuerit, L. si venri. §. In bonis. ff. de privill. cred.* Cujus generis Exemplum Henricus Kinschot, ita breviter recenset: *Quò, cum Horatius Paravagna, mercator Genuensis, Ao. 1596. 19. Octobr. à Matthia Huberti, & Johanne Van den Heuule, Antwerpiensibus mercatoribus, pannos linteos emisset, eademq; eosdem Die, ad Johannis Stephani Curiati ædes transportari jussisset, sumptò prandiò, & habitis familiaribus colloquiis, Paravagna, eodem adhuc Die, sub tempus nocturnum, clam ex urbe profugerit. Et aliud consimile, quod Bononiæ contigit, recensetur ab Angelo, ad L. 22. §. fin. sol. matr. ubi scribit, mercatorem fugiendi consilium inivisse, ex Vicinitate contractus & Fugæ, præsumi & colligi, puta si Hodiè fugerit, & Heri mercatus sit. Rursus Alii generaliter paucos Dies requirunt. Mercurial. Merlinus, tract. de pignor. & hypoth. lib. 4. tit. 1. Q. 41. num. 14.* verbis: *Vel statim, vel paucos post Dies.* Paulus de Castro, ad *d. L. 22. §. ult. num. 5.* illic: *Quod si mercator ipse intra paucos Dies fecerit, procedit dictum Baldi & Angeli, ad d. L. 22. §. fin. quasi videatur decepisse Venditorem, & fecisse sibi fieri fidem de pretio.* ff. *de privil. cred.* Steph. Gratianus, *Discept. forens. cap. 967. n. 7.* verbis: *Post paucos dies, cessit foro.* Ex Ripa, Menochio, Natta, Angelo, Alexandro, Romano & Jalone, Johannes Antonius Mangilius, de *eviction. Q. 41. n. 15.* verbis: *Quando mercator emens, brevi tempore, & post paucos dies aufugit, & cessit foro &c.* Erneit. Cothmannus, *Vol. 3. Resp. 40. num. 53.*

D

ibi:



ibi : Sed paucorum dierum quantitate. Dn. Mauritius, *consil. Chilon. 9. num. 27.* verbis: *Requiritur, ut emptor, paucis diebus post acceptam rem venditam, foro cedat, daß der Käuffer in wenig Zeit oder Tagen sich aus dem Staub mache.*

Tandemq; Alii Bidui, vel Tridui, aut ad summum Quatridui mentionem, ceu ad hoc necessarii, injiciunt. Benvenutus Straccha, de *decoctionib. parte 3. num. 30.* ibi: *Ut per Biduum, Triduumve ante Decoctionem.* Simon van Leeuwen, *cenfura Belg. forens. tom. 1. lib. 4. cap. 19. num. 20. vers. Econtrà tamen.* verbis: *Biduo, aut Triduo, antequàm foro cedat.* Johann-Carolus Antonellus, de *tempore legali, lib. 4. cap. ult. num. 8.* ibi: *Vel post paucos dies, puta tres vel quatuor, cessit bonis.* Dn. Alexander Caroc. in *disp. de foro advena contrahentis, §. 40. n. 5.* in verbis: *An verò putabis, in Foro Communi laxius spatium praesumenda fraudis datum iri, quàm in foro Lubecensi, cùm in foro communi vix ultra Triduum computent?*

In hunc, dicimus, sensum non saltim DDres satis variè loquuntur; verùm etiam nonnullorum Locorum Statuta, hanc, venditas merces, ex causa praesumptæ Defraudationis, vindicandi facultatem pariter valdè exiguo temporis spatio coarctant: Prout passim inter omnes ex incluti emporii Hamburgensis Statutis circumferri videmus, quòd ad istum effectum, ut emptor venditorem ad rem sibi, de pretio fide habitâ, vendendam, dolo malo induxisse, & facultas eandem, ex hoc capite vindicandi fundata dici valeat, solum Triduum in illis, vel, ad summum, Quatriduum, à die Emptionis ad diem subsequens Decoctionis, vel Fugæ computandum, praestitutum occurrat; in *part. 2. tit 5. §. 3.* Ulteriùs nonnihil alteram, æq; celeberrimam, Hanseaticam Civitatem, Lubecam videlicet, quæ hos quatuor saltim Dies in totidem Hebdomadas mutasse legitur, processisse patescit ex Juris Lubecensis *parte 3. tit. 6. art. 1.* Quibus omnibus permotus jamjam laudatus celeberrimus Dn. Antecessor Carocius generaliter tradit, quòd ne quidem in casibus Malignæ (De qua in proposito quaerimus.) Decoctionis, ex hâc ipsa resultans Praesumptio Doli, & Rei Vindicatio perpetua sit; sed Ubiq; in Foro tam Communi, quàm Statutario, angustissimis limitibus inclusa occurrat. *dicta Diff. de foro advena contrahent. §. 29. n. 7. & §. 40. n. 5. in fin.* verbis proximè relatis.

§. XII.

*Secundò* Ddres ad stabiliendam hanc vindicationem passim etiam defi-



desiderant, ut Dolus hujusmodi fraudulentæ Emptoris, sive Animus venditorem suis mercibus fraudandi non ex solâ illius, quæ, tempore contractûs, jam adfuerit, Insolventia, seu Venditori & aliis Creditoribus adhuc satisfaciendi Impossibilitate; sed ex aliis perspicuis, ut loquitur *L. 6. Cod. de dolo malo.* indiciis probetur: Eò quòd Mercatores haud infrequenter, licet optimè gnari, se non esse solvendo; tamen non solùm in genere faciliùs, quàm alii obæratî Debitores, meliorem fortunam sperare possint; sed & specialiore, & sæpiùs valdè probabilem spem concipere valeant, quòd ex mercibus, in magna quantitate coemptis tantum lucri facturi sint, ut tùm ipsi illarum mercium venditori ex voto satisfacere, tùm & Decoctionis miseriam & notam subterfugere valeant; ut videre est apud B. Brunnemannum, ad *L. 3. num. 3.* ubi dicit, in tali casu, quando emptor ipse scit, se non esse solvendo, ad hoc, ut venditori detur rei vindicatio, præsumptiones fraudis & doli evidentes esse oportere; eo quòd quis sine dolo res possit accipere, ea spe fretus, se multum hac re lucraturum, & pretium soluturum. *ff. de pignor. act.* Quæ & probat B. Dn. Samuel Strykius, in *Diss. de fide habita, cap. 4. num. 20.* Et tametsi, hanc spem sæpè fallere, ipsi addant; tamen nemo, cum illis, inficias iverit, quòd, quanto justior & probabilior mercatoris talis spes est, tanto etiam citiùs Fraudulentæ seu animi dolosi exclusiva præsumptio pro illo admitti debeat. Addantur, quæ etiam in eundem sensum disserit Johannes Marquardus, de *Jure mercator. lib. 4. cap. 9. num. 42.* cujus verba ut in proximè subsequentibus reddamus, magis commoda à nobis occasio efflagitat.

Atque hæc quidem ità singulari Mercaturæ favore constituta esse, putat Dn. Carocius, *dict. Diss. §. 40. num. 5.* ubi scribit, quòd etiam Jure Communi (In tam brevis Terminî assignatione, à quo Cessio bonorum, Decoctio, Fuga vel Latitatio fraudulentæ Emptoris cum ipso initam venditionem subsequi debeat) non minor, quàm per Statuta Lubecana & Hamburgensia, in curia Mercatorum recepti Juris ratio habeatur; ne videlicet diuturnâ possessionis incertitudine turbentur commercia, quorum summa ubique Necessitas & Utilitas.

§. XIII.

Sed cum etiam alios, non minoris tùm numeri, tùm autoritatis DDres, in hoc præeuntes habeamus, tùm & plurium Locorum Statutaria Jura, hujus generis impostorum malitiis & fraudibus non tam largiter indulgentia, mercesq; fraudulenter ablatas vindicandi facultatem ipsius naturalis Æquitas



tatis & Justitiæ dictamini magis commensurantia hinc inde occurrant ;  
 quare, primò, circa Terminum sive temporis Spatium, quod inter hu-  
 jusmodi fraudulentam Emptionem & subsequentem Cessionem  
 Bonorum, Emptoris Fugam, vel Latitationem, ad hunc  
 effectum, intercedere debeat, ut rerum hõc modò Venditori ablata-  
 rum Vindicatio locum sortiri queat, ut in Juris veritatem paulo pressius in-  
 quiramus, necessitas efflagitat. Sed cum non solum DDres hæc tam variè  
 definiant, prout hæctenus vidimus, & mox pluribus videbimus; sed & alii  
 hinc inde Latores tam angustum & brevem, qualem tam Lubecana, quam  
 Hamburgensis Jurisprudencia præstituit, Terminum æquissimè correxe-  
 rint & dilataverint, sic, ut Galli præcipuè, etiam in casu, quando Venditor  
 emptori certum Terminum pro pretio solvendo indulsit, nihilomi-  
 nus Venditorem, quodocunq; talis Emptor dolosus decoquat;  
 omnibus aliis Creditoribus, in revendita & tradita præferri jubeant, reci-  
 tante Choppino, de *morib. Parisior. lib. 3. tit. 3. num. 8.* ibi: *Usquequaq;  
 enim Alienator reliquis præfertur Creditoribus in pretio rei suæ.* Seu quan-  
 docunq; Decoctio vel similis Eventus sequatur; interprete B. Dn. Lauter-  
 bachio, de *Jure in curia mercator. usitato. th. 133.* ibi: *Magis hoc exten-  
 dunt Galli, art. 177. Constitut. de Paris. ut, licet termino ad solvendum  
 dato, tamen quodocunq; decoquat (Non venditor, ut loquitur; sed)  
 Emptor, Creditoribus aliis præferatur, si res extat.* Ludovico Charonda,  
*lib. 2. Resp. 32.* eidemq; conformia etiam Avenionensis, Mechliniæ,  
 Mantuæ specialia Statuta, ex Christinæo, Hieronymo à Laurentiis, &  
 Surdo recensent laudatus Lauterbachius, *cit. loc.* quare omnium tutissimè,  
 in hac ipsa Quæstione rectè definienda illos incedere existimamus, qui di-  
 cunt, quòd tota istius Termini determinatio, intra quantum nempe Tem-  
 pus actualis Decoctio, Latitatio, vel Fuga, aut Cessio Bonorum, à tempore  
 hujusmodi, prædonio more (ut in simili loqui amat *Lex. 25. §. 5. ff. de hæ-  
 red. petit.*) celebratæ Emptionis debeat esse discreta? prudentis Judicis  
 circumspecto & religioso arbitrio, ceu in libris nostris nullibi determi-  
 nata, relinqui debeat; ut ex regula *Legis 1. in fin. de jure deliber.* rectissi-  
 mè sentiunt David Mevius, ad *Jus Lubec. libr. 3. tit. 6. artic. 1. num. 25.  
 & 26.* in verbis: *Quantum spatium ad arguendam Fraudem, & capien-  
 da prædicta Remedia, requiratur, Jure Communi definitum non est; ideòq;  
 Judicis arbitrio relictum.* Cui non dubitat succinere B. Dn. Samuel  
 Strykius, de *fide habita, cap. 4. num. 22.* ibi: *Quamvis alii DDres requi-  
 rant,*



rant, ut Emptor intra Biduum, vel Triduum post Contractum fugerit; nos tamen Tempus Fugae post Venditionem, tanquam Jure Civili non determinatum, arbitrio Judicis relictum putamus. Dn. Alexander Carocius, dicta Diss. de foro advena contrahentis, §. 40. num. 5. illic: Decoquente Lucio (In casu, quem ibi eruditè exequitur.) etiam in Foro Communi Judicis arbitrio relinquatur, intra quod Tempus à contractu Emptionis decoxisse Lucius debeat, ut Dolus ex Decoctione praesumi, & Rei Vindicatio dari Titio possit. Christophorus Lehmannus, de venditione ad credent. th. 9. in fin. ibi: Quantum verò spatii inter praedictum Contractum & Fugam intervenire debeat, cum Jure Communi haud definitum sit, proinde prudentis Judicis arbitrio relinquendum, & ad cujuscunq; Loci Statuta respiciendum erit. B. Dn. Bardili, conclus. theoret. practicar. ad prior. 2. partem, exerc. 32. conclus. 9. verbis: Aut post Venditionem fugam arripit brevi tempore; quod arbitrio Judicis remittitur. Hincq; plures, quàm Tres solummodò Dies, ad hoc sufficere rectissimè decidunt Glossa, Baldus, Marsilius, Marianus Socinus, Menochius, Natta, & Andr. Tiraquellus, in locis, quos refert largissimè consentiens Stephanus Gratianus, Discept. forens. cap. 967. num. 8. ibi: Quamvis praedicti Doctores & alii loquantur de brevi Tempore, vel Statim, aut Incontinenti; tamen ista verba non debent intelligi de una die, Biduo, vel Triduo; prout ex adverso praetenditur; cum verificentur etiam in pluribus diebus, arbitrio Judicis. Quos & omnes collaudat ejusdem sententiae haud postremus patronus, Johann-Antonius Mangilius, in suo tract. de eviction. Q. 41. num. 15. in verbis: Quando verò dicatur breve Tempus? relinquatur arbitrio Judicis. Addantur omninò alii cardinales Loci, inferius relati in §. 28. Hinc & pluribus Hebdomadibus post talem fraudulentam Emptionem celebratam, & Emptoris Insolventiam creditoribus patefactam, liberalissimè his Juribus locum assignavere Domini Jureconsulti Helmstadiensis, apud celebratissimum ipsorum Seniores Andream Homborgium, Resp. 30. ut proclive est ex verbis: Es hat F. A. R. aus W. in B. von Herrn J. M. S. zu Q. eilff Faß Brantenwein NB. den 6. Februar. A. curr. (Quem ibi non exprimit.) erborget / mit Versprechen / vor solchen Brantenwein den 12. Mart. A. curr. 123. Thaler zu bezahlen. junctis hisce sequentibus: Und will der Jud ebenfalls nunmehr / durch lezlich den 23. April.



A. C. zu St. angelegten Arrest, mit an quaestionirten Brantenwein halten/ & ex toto istius Facti Figurationis contextu colligere. Hinc & hujus illustrissimi Eberhardini Athenæi celeberrimi Domini Antecessores, Anno proximè lapsi seculi octogesimo quinto, die 18. Julii, in concursu creditorum Christophori B. mercatoris, dum viveret, Vinimontani, licet ille totis tribus, ante suum subitaneum ex apoplexia decessum, septimanis, à Johanne Jacobo M. ejus hæreditaria paterna & materna, ibi loci sita prædia, 353. florenorum pretio emisset, & demùm post confectum solenne Inventarium, sicq; integro, à tempore istius Emptionis, Bimestri elapso, illius Insolventia, & hæc quidem tanta, ut, pro tredecim millibus, creditoribus suis satisfacere nequiverit, apparuisset; tamen huic Venditori, in desuper latâ Prioritatis Sententiâ, ità vendita Bona, his formalibus, assignarunt: **Daß förderist Hannß Jacob M. dem B. verkauffte Güther von Sein B. Verlassenschaft separirt / und Ihme M. oder nunmehr dessen Erben zugestellt werden sollen.** Hinc & Domini Jcti Rostochientes, in examine ipsius, quod gravissimis his dubiis palmariam an- sam dedit, Hamburgensis Statuti, inter alia, ità: *Constat, inquit, hujus rei decisionem in Judicis arbitrio, ex boni & equi arte instructo, magna ex parte positam esse.* Bartolus, in *L. 3. §. Cum igitur. ff. de vi & vi arm.* Panormitan. in *Cap. significasti. §. de homicid.* Gail. de *P. P. cap. 16. n. 14. lib. 1.* qui paucos Dies, itemq; modicum Tempus, vel quatuor, vel sex, vel octo, vel novem, vel decem. Jacob. Cujac. ad *L. ult. de divers. temporal. præscript. vel etiam plurium dierum cursu definire & terminare potest.* Jac. Menoch. de *arbitrar. lib. 2. cent. 1. casu 8. n. 10.* Jam verò negari nequit, quin ex omnibus totius negotii circumstantiis evidentissimum sit, Emptorem tempore emptionis inita esse obæratum, & animum fallendi, evadendi & fugiendi habuisse; ap. Cothmann. *vol. 3. Resp. 40. num. 58. junctis ibi præcedent. & sequentibus pluribus.* Indè deniq; celeberrimi Dni Antecessores Tubingenses, cum aliqui Saxonici ex Lusatia Mercatores Hamburgensi cuidam Societati, per plures annos, in maxima copia, pro compluribus auri tonnis, Linteamina vendidissent; intra integrum verò Annum, & quod excurrit, priusquam illi Socii Hamburgenses foro cederent, ex ipsorum auct Epistolis ad Lufatos perscriptis, ipsisq; illorum mercatoriis libris, post ab incluto Hamburgi Senatu inspectis, liquidissimum redderetur, quòd ipsorum substantia jam illo tempore, quò compluribus millibus valentes Merces pri-



ces primò Lipsiam, & abhinc, obluent. t. in Saxonia & aliis viciniis gra-  
 fantem, post complures demùm menses, Luneburgum mittebantur, in tam  
 deploratum & conclamatum statum redacta fuerit, ut, juxta proprias ipso-  
 rummet literas, nulla penitus spes ex abyssò gravissimi, quò jam tum Lon-  
 dinensibus & aliis mercatoribus devinciebantur, æris alieni eluctandi ad-  
 fulserit; tamen huic humanissimæ vindicandi facultati, in sollicito ad in-  
 clytum Luneburgi Senatum transmissio Responso, post spatium tot  
 mensium, qui inter istarum mercium transmissionem, & ad ducenties  
 millia thalerorum subsecutum Fallimentum, intercesserunt, locum hisce  
 præcipuè assignarunt formalibus: **Wohlervogen die Falliten / besonders**  
**in der Zeit/da ungefährlich am 8. Febr. 1711. die gesampfte / von Michaelis,**  
**1710. biß auf jetz gemeldten Monath Februar. erstangemerckten Jahrs/zu**  
**Leipzig gelegene Wahren in Luneburg angelangt / penitissimè gewust/**  
**daß Sie nicht mehr im Stande seyen / sowohl denen gesampften Laufni-**  
**zer Kauffleuthen/als auch der Sittartischen Compagnie in Londen/umb ih-**  
**ren starcken Vorschuß vor mehr/ als 8000. Pf. Sterl. die schuldige Be-**  
**zahlung præstiren zu können; Zumahlen da diese / laut beyder Falliten/**  
**am 17. Febr. 1711. an dieselbe abgelassenen Antwort-Schreibens / durch**  
**ihre Mandatarios, Hambury und Gore, wegen solchen Vorschusses / ihre**  
**Satisfaction nachtrücklich verlangt; besage Act. N. 78. und wegen eben**  
**solcher / von Ihnen Selbst angeführter Impossibilitæt damahlen**  
**zu zahlen/ Sie bey denen gesampften Laufni-zer Kauffleuthen umb eine**  
**halb-oder drey vierteljährige Gedult außtrücklich gebetten; besage**  
**der Beyleg sab lit. D. anbenebens keine Hoffnung zu grossen Ge-**  
**winn/vermittelst desselben sich wieder heraußzureissen/und ihr sehr über-**  
**häufftes *Æs alienum* darvon zu bezahlen / sich machen können;**  
**wohlbetrachtet Sie immerzu / in allen ihren Brieffen / von grossen**  
**Verlust/ von Jahr zu Jahr/ Klagen; auch/ zdo, die damahlige sehr bes-**  
**schwehr-und gefährliche Conjunctionen und Läuften/welche gar keine**  
**Hoffnung zu deß so gar miserablen Leinwand-Handels Verbesse-**  
**rung/abnen geben/mit grösserem Kummer/Ange und Herzenspraß bekla-**  
**gen; drittens wehmüthig außführen/daß noch so viele alte Wahren/an de-**  
**nen sie nothwendig Verlust leiden müssen/wie ein todter Hund/daligen/**  
**also / daß sie sich deren nicht für einen Groschen bedienen könnten;**  
**Ja daß/ viertens/ von den vielen/ nach Londen verlangten/ und ex inde-**  
**clinabili necessitate dahin abschickenden Kisten/und Fässern/sie unmöglich**  
 enig



einig Lucrum anhoffen können/indem Sie bereits viele tausend Pf. Sterl. als voraus bezahlte Gelder/ in debito gehabt/ und alle von Leipzig erwartete Wahren dahin absenden müssen: Und jedoch/ bey so schlimmer/ ja mehr als schlimmer ihrer Sachen Beschaffenheit/ so betrieg- und böshafftiglich mit den Klägern gehandelt/ daß Sie sich zwar gestellt/ als wann Sie ihre/ so lang in Leipzig gelegene Wahren/ als die Ihnen eine grosse Beschwehrung seyn würden/ gar nicht verlangten; und wann je weiters was von Ihnen an Sie/ die beyde Falliten/ versandt werden sollte/ Sie solches nicht mehr auf ihre Rechnung notiren lassen; sondern solches/ so guth nach Marktgang möglich/ gleichwohl verkaufen/ und Ihnen so fern noch favöriren wollen; und hingegen an ihren Factor zu Lüneburg/ noch am 3. Januar. 1711. eine Specification über alle bis dahin zu Leipzig gelegene Bücher eingesandt/ und an bey ihn berichtet/ daß noch mehrere Bücher von dergleichen Zeichen und Numern, NB. für Sie/ ferner in Leipzig erscheinen dürfften/ So bald die bis dahin parat gelegene Bücher weg seyen/ welche alle Er schleunig an Sie übersenden möchte: Laut *Nri Actor. 90.* Ja daß Sie gar diese samptliche/ obgleich in ihren Besitz und Gewalt noch nicht bekommenne Wahren; welche Sie doch zum Theil non nisi ægerime, und zum Theil gar nicht mehr/ auf ihre Rechnung notiren lassen wollen; sondern/ gleichsamb als blosser Commissionaires der clagenden Handelsleuth/ Marktgänglich zu verkaufen/ auf derselben Ankunfft/ anzunehmen sich erklärt/ nur in gar wenig Wochen hernach/ nemlich am 23. oder 24. Febr. 1711. und also nur sieben/ oder längstens acht Tage vor ihrem Austritt/ und außgebrochenem höchstbeschwehrlichen Falliment, an die beyde Sittartische Mandatarios zu transportiren und cediren sich erfrehet: So erhellet aus allen diesen wichtigen Umständen Sonnenclärlich und lauterlich/ daß/ man mag diese Sache ansehen/ wie man immermehr will; doch von denen Falliten nicht gesagt werden könne/ daß Sie das Dominium diser Wahren acquirirt/ und daher die Aa. solche zu vindiciren nicht berechtiget seyn solten. Dann will man/ mit so vilen (*Quos inferius in hac Diss. laudabimus*) à theoria non minus, quàm practica scientia nominatissimis Autoribus sagen/ quòd, ad fundandam hanc ipsam facultatem tales merces vindicandi, sola talis Emptoris, jam tempore Emptionis ipsi optimè cognita, & Venditori econtra ignota, Insolventia sufficiat, so ist / juxta præmissa.

missa.



missa, an diesem allem/ in substrato, durch auß nichts zu desideriren. Will man dann mit dem seeligen Herren Stryken statuiren/ quòd ad Dolum hujusmodi Emptoris arguendum, primò, hoc requiratur, ut Emptor tempore Venditionis jam non fuerit solvendo, & 2dò, ab illo, animo fraudandi, fidem sibi haberi, ipse rogaverit: quæ duo conjunctim requiri pronunciat, *de fide hab. cap. 4. n. 20.* So erscheint auch hiers an nicht der wenigste Mangel. Dann / daß wir nochmahlen von diesem nichts melden/ daß all diese Wahren den beyden Falliten noch nicht tradirt/ (*Contra ea, quæ tradit Gerhardus Maynardus, lib. 2. Decis. 46. ibi: Illud locum habet in mercibus plenè traditis, seu quas Emptores à Venditoribus jam acceperunt, atq; negotiationis gratia, in tabernis suis, omni fraude exclusâ, asservarunt.* & *Jacobus Cancerius, varr. resoll. part. 1. cap. 13. n. 6. ibi: Si tamen Venditor realem traditionem non fecerit.*) vielweniger Ihnen auf Borg und Credit eingeräumt/ und tradirt worden/ so ligt ja/ pro primo, am heitteren Tage/ daß beyde Falliten ihren übergrossen Nothstand / und daß Sie unmöglich bezahlen können/ mehr als allzuwohl gewußt. Daß 2dò, Sie Selbsten die clagende Handelsleuthe umb eine halb/ oder dreyviertelährige Gedult gebetten / zeigt ihr eignes / sub dato erst des 11. Februar. 1711. an dieselbe abgelassenes wehmüthiges Schreiben/ *sub lit. D.* Daß 3tò, dieses/ animo fraudandi, von Ihnen geschehen/ erhellet denuò, juxta Dn. Strykii sententiam, ab diesem/ daß ja Sie Falliten / bey obreferirter ihrer Sachen Beschaffenheit/ nicht die wenigste Hoffnung sich selbst gemacht / noch zu machen vermocht / daß Sie mit diesen Wahren einen grossen Gewinn machen / und von ihrem grossen Schulden Last/ in totum, vel tantum, sich loswürcken möchten; sondern/ wann Sie gleichwohlen dieselbe verkaufft/ und ein Stück paaren Geldes dar auß erhalten / oder dieselbe auf Londen versandt / und die Sittartische Handlungs-Compagnie zu einem widermahligen Geld Vorschuß verlaittet / Sie / mit solchem Geld / und Wahren / eben eine Lücke zu / und eine andere hingegen wieder aufgemacht hätten. Quòd verò defectus hujusmodi spei, ex mercibus coemptis magnum lucrum faciendi, in Emptore hunc ipsum Fraudandi animum satis prodat & probet, elucet ex his Dn. Strykii formalibus: Arguitur autem hic Dolus ex eo, quòd Emptor, tempore Venditionis, jam non fuerit solvendo; & animo fraudandi, fidem sibi haberi rogaverit: Quæ duo conjunctim



junctim requiruntur: Nam aliàs posset quis, sine Dolo, merces ab altero  
 fide habitâ accipere, eâ spe fretus, se multum hac re lucraturum,  
 & pretium soluturum. *d. cap. 4. num. 20.* argumento à contrario sen-  
 su deprompto, quod tum in LLb. tum & traditis Ddrum rectè interpre-  
 randis, frequens & fortissimum appellat Nicol. Everhardus à Middelbur-  
 go, in *Topica legali, Loco à contrario sensu, 82 num. 1. pag. nobis. 452.*  
 Ja daß bey diesen beyden Falliten der Animus fraudandi nicht allein ex  
 defectu probabilis talis spei, insigne lucrum ex his mercibus faciendi;  
 sondern noch weiter auch auß diesem erhelle / daß / da Sie sich gegen den  
 jetzigen Clägern / wegen so gar vieler Wahren überhäufte versendunge  
 auff das höchste beschwehrt / und dieselbe fast gar nicht annehmen zu  
 wollen sich declarirt / auch daß sie / à dato an / nichts mehr auf ihre Rech-  
 nung notiren lassen wollen / enixissimè protestirt / Sie hingegen diese  
 samptliche / obgleich gar nicht gesehene / oder zu ihren Händen gekomme-  
 ne Wahren / nur sieben / oder höchstens acht Tage vor ihres Falli-  
 menti außbruch / denen clagenden Handels-Leuthen / fraudulentè  
 hinweg nehmen / und hingegen der Sittartischen Handels-Com-  
 pagnie, ad interimisticam Ejus acquiescentiam, oder wohl gar in dieser  
 absicht / daß sie von denen gar starck auff sie tringenden Sittartischen  
 Mandatariis, nicht in würcklichen Arrest genommen werden möchten /  
 vermeintlich cedirt, und an sie transportiren; ja / als dieses allschon  
 geschehen ware / dieselbige noch ein mahl auch an den Herrn H. non  
 sine formali crimine Falsi; arg. *L. 21. ff. ad L. Cornel. de fals. juncta L. 4.*  
*Cod. de evict. L. ult. ff. ex quib. caus. in possess. eat. L. 24. ff. de pigner. act.*  
*vel ad minimum stellionatus, per L. 3. §. 1. stellionat.* überweisen und  
 cediren wollen / daran läst uns dieser sachen apertissima evidentiâ im ge-  
 ringsten nicht Zweifel. Quæ omnia planè non amore & studio pro-  
 lixitis; sed ut Llum præfertim studiosa Juventus de hoc, inter Nostrates,  
 tam variè considerato Articulo tanto pleniùs & planiùs erudiatur, ut hic  
 recenseremus, justissimè operæ pretium duximus. Quæ eadem Ratio, ut  
 adhuc aliud ejusdem Ampliss. Facultatis Juridicæ in hac alma Nicrina, ad  
 inclytum Senatam Mœno-Francofurtanum, de casu in fronte hujus Dif-  
 fertationis præfixo, die 27. Februar. Anni proximè præterlapsi, imperti-  
 tum Responsum, quò etiam post integrum bimestre intervallum  
 à tempore Emptionis usq; ad excitatum Creditorum concursum facta  
 computatione, nihilominùs, Merces venditas, in massa bonorum hujusmo-  
 di fraudatoris adhuc de prehenas, vindicandi licentiam absq; scrupulo in-  
 duk



dulfit, in proximè *seq. §. 14.* in quo altera simul de Emptoris Paupertate disquisitio tangetur, subjiceremus, nobis facilè persuasit.

§. XIV.

Ex his verò omnibus, quæ proximè præmisimus, ad satietatem demonstratum arbitramur, quòd tam breve & angustum, solo scilicet Triduo, vel quatuor Dierum, aut Hebdomadaram spatio conclusum temporis intervallum, à tempore celebratæ talis Venditionis, ad Emptoris Decessum, vel Discessum, seu Fugam, aliave ratione excitatum Concursum, ad statuminandum & admittendum Jus talium mercium vindicationis haud quaquam arctandum sit. Nam & sicut ex eo, quòd hanc ipsam, de qua quærimus, vindicandi facultatem nonnullorum Locorum specialia Statuta, etiam in casibus, ubi Emptor intra paucissimos dies foris & bonis cessit, tamen penitus denegant; ut inferiùs de tali famosissimi Amstelodami Statuto specialius notabimus: Et è contrà hujusmodi, æquitatis plenissimæ, Statutariæ sanctiones, quibus omnibus Venditoribus, directa rerum, etiam fide de pretio habitâ venditarum, Vindicatio, vel ad minimum, vi taciti, per alia Statuta inducti Pignoris, Hypothecaria Actio conceditur; de quibus superius in §. 4. & 5. diximus, nullam prorsus in aliis provinciis & locis rationem vel considerationem merentur; ità etiam illis Lubecanis & Hamburgensibus Statutis de Quadratio, vel Triduo, aut menstruo spatio, ultra harum Civitatum Hanseaticarum, & quæ porrò illarum Statuta sectantur, territorium, nihil penitus autoritatis attribui poterit; non magis, quàm simili, circa istum articulum, Saxonico, Würtembergico, vel Hassiaco Statuto; cùm notoriè quorumcunq; Statutorum conditoribus, extra suum territorium, impunè non pareatur. *L. ult. ff. de jurisdic.* Prout ità in terminis Josephus Urceolus, de *transact. Q. 34. n. 16.* ibi: *In hac tamen materia attendenda sunt Statuta Locorum, loquentia de Decoctoribus, quomodo & ex quibus signis dicuntur Cessantes & Falliti, quia tunc non consideratur Decoctio secundum terminos Juris Communis; sed ipsius Statuti, quod, tanquam Lex particularis, servari debet.* Rota Rom. *Decis. 76. n. 4. part. 15. recentior.* Et cùm utiq; & tunc, si post unam vel alteram, à tempore emptionis, elapsam hebdomada, imò etiam post aliquot intermedios menses, Emptoris Insolventia, jam tempore Emptionis, ex libris Emptoris evidentissima, & fraudulentus, ex Mercium, magno pretio contractis Emptionibus, & confestim cum aliis, viliori longè pretio, celebratis earundem Venditionibus, vel illarum, pro pecuniâ mutuò acceptâ, Oppignorationibus, nec in suam Tabernam, intereà



factâ ullarum Mercium illatione, Ipsius Animus ad meridianum Veritatis solem ponatur, res eodem planè recidat, ac si hæc Venditori pro suis mercibus ad credentiam venditis satisfaciendi apertissima Impossibilitas, & confestim post Emptionem arrepta à doloso emptore Fuga hoc patefecisset; quare prorsus non videmus, cur etiam in illis aliis Casibus, militante per omnia eadem Ratione, tamen non idem Jus admitti debeat: prout iterum in puncto laudatij Domini Antecessores hujus Eberhardinæ ad laudatum Senatam Francofurtanum, in proximè à nobis adducto Responsio, quando ità emphaticè: *Auff dise Einred/ daß/ weilen der E. nicht in denen nächsten dreyen oder vier Tagen/ von der Zeit an/ als der Pfeffer quæstionis ihme vom Herrn von F. zu kauffen gegeben worden; sondern Erst nach sechs Wochen flüchtigen Fuß gesetzt/ disem nach die Befugsame disen Pfeffer zu vindiciren nicht mehr platz greiffen möge/ antworten wir kürlich/ daß/ Erstlichen/ die in Statutis Hamburgensibus höchstens auff ein Quatriduum gesetzte Zeit/ so wenig/ als das in Lubecana Jurisprudencia gleichwohl auff vier Wochen erweiterte Spatium, tanquam Jura localia, ad alias Provincias, Civitates & Loca ullatenus extendire werden könne / oder solle. Secundò kan das/ was auch einige Rechtslehre de tam brevi seu modico Temporis spatio melden/ wohl in solcherley Fällen/ wann ein Kauffmann/ durch ein bekantes grosses Unglück/ seu per Casum fortuitum, in seines Vermögens schnelle Abnahm und verderben verfällt/ und in anderen/ mit disem sich gleichenden Fällen / dergestalten / platz greiffen / daß / præ oculis habitâ tantilli duntaxat Temporis Brevitate, & non fraudandi, qui hîc deficit, Animò, die facultas vix venditas & traditas Merces vindicandi gleichwohlen ad solum quatuor Dierum, vel Hebdomadatum spatium restringirt werde: Nicht aber hingegen auch in talibusterminis, wann ein entweder im Saß und Brauß lebender/ oder in seiner Handlung nicht sorgfältiger Handelsmann / durch sein aigenes verschulden / in verderben geräthet / und / wann er dises sibet / dennoch / in grosser Menge / theure Wahren einkaufft / und solche als gleich umb eine geringere Summam versetzt / oder wohlfeil hinweg gibt / oder andere dergleichen Fraudis begehet / und mit denen / auff solcherley diebische weise zusammen gerapften Geldern / als ein böshaffter Betrieger / durch gehet / ingress und statt finden; Conferat. omninò Cardinalis de Luca, in tract. de regalib. Disc. 115. n. 11. vers. Primo casu. In reiffem Betracht/ daß auf eines hinaußläufft / und unzweifflich gleich viel ist / ob ein solcher Betrieger nur drey oder vier Tage / oder vier Wochen / oder Zwey / oder mehrere Monden vorher / selbstn aigenlich*



gentlich wisse / und gründlich einsehe / daß er weder von seinen noch besitzenden facultatibus seine Gläubiger contentiren / noch zu seiner Handhabung und innhabenden Patrimonii Vermehr- und Verbesserung / Irrendsher / einige Hoffnung schöpfen könne ; und der / von ihm / nur drey oder vier Tage / oder so viele Wochen / oder gar so viel Monden vor seinem Austritt / in vieler Wahren betrieglicher Erkauffung / derselben gleichbaldiger Versehung an andere gegen starcken Geld-Summen / oder in weit geringeren Pretiis gleichfolgender Verkauffung / betriebene Dolus, vor seinem Aufbruch / committirt worden sey. Ein anders wäre / wann ein dem verderben / absq; propria culpa, nahekommener Kauffmann seiner Unvermögligkeit zwar wohl selbst auf den grund sihet ; aber mit solchen Wahren / die er dannoch in copia an sich erkaufft / bona fide, & adhibita omni sollicitudine, dergestaltten commercirt / daß er Hoffnung sich macht / vermittelst derselbigen nützlicher Verschliessung / sich wieder empor zu bringen / und von seinem Schuldenlast sich nach und nach loß zu würcken ; prout supra ex Strykio & Brunnemanno audivimus. Wo aber ein solcher verdorbener Handelsmann andere lediglich nichts vor augen sihet / als daß er unmöglich so fort bezahlen / oder / wann es gleichwohl mit seines Falliments gantz- und würcklichem Ausbruch noch eine zeitlang anstehet ; Er jedoch weder Mittel noch Weeg vor sich sihet sich von seinem Schuldenlast liberiren zu können ; und hingegen Tag und Nacht immer nur dahin trachtet / wie er hier und dar Wahren in hohem werth überkommen ; und dieselbe als gleich in geringeren Pretiis wider hinweg geben / oder selbige umb eine namhafte Summe Gelds versehen ; und mit all solchem Geld flüchtigen Fuß setzen möge / da können wir nicht absehen / wie ein vernünftiger und die rechtliche Billigkeit liebhabender Richter die facultatem tales Merces adhuc in massa bonorum extantes vindicandi nicht eben so wohl in talibus terminis, wann zwischen der Zeit eines solchen betrieglichen und recht diebischen Kauffs / und eines dergleichen böshafftigen Decoctoris würcklichem Austritt / Ein / Zwey / oder mehrere Monathen verfließen / oder nur etlich wenige Wochen / oder Tage / solche Käuffe / Verpfändungen / oder andere Contracte / und die Stucht eines solchen Fraudatoris unterscheiden / illasâ Iustitiâ, einen Unterscheid machen könne : Indem ja gleich viel ist / ob ein solcher Impostor einen ehrlichen Handelsmann / umb seine Wahren / vor vier Tagen / oder Wochen / oder so vielen Monathen / betrogen und angeführt / und / daß Er zu bezahlung des versprochenen Kauffschillings durchaus keine Mittel aufzubringen vermöge / gleichfalls nur vor vier Tagen / vor



vier Wochen/ oder Monathen/ gründ- und eigentlich geruht hab. Da nun alle diese Fälle sub Identitate Rationis unverneinlich begriffen/ so ist billich/ daß auch die Identitas Juris sive Dispositionis bey denselben admittiret werde; per tritissimam Regulam *Legis 10. & seqq. ff. de LLb. & L. 32. ad L. Aquil.*

§. XV.

Hoc amplius, tametsi B. Dn. Strykius & Mevius, in definiendis hujusmodi Litibus, quæ frequenter complura millia concernunt, ad peculiaria Locorum Statuta, & in specie illa ipsa *Hamburgensia & Lubecana* respicere jubeant; tamen valdè plausibilis etiam hæc aliorum Jurisprudendum sententia videtur, quòd & ista Statuta non tam strictè & rigidè, prout litera jacet, intelligi debeant; ut præprimis de illo nimium rigoroso *Hamburgensium* Statuto egregiè Dn. Rostochiensis ad perinclytū *Norimbergensium* Senatū responderunt, apud virum in praxi & theoreticis studiis suo tempore versatissimum *Ern. Cothm. vol. 3. Resp. 40. n. 51.* qui ita: Ultima, inquit, objectio videtur esse majoris ponderis. Nam Actores in Actis fatentur, post Emptionem contractā septem dies intercessisse, antequàm emptor, se facultatibus suis lapsus, & ob ingens æs alienum evasurum esse, Amico suo concrederet; sed & duos præterea Dies præterriisse, antequàm fugam arripuerit; qui dies simul juncti integros dies novem conficiunt, quibus, post contractam emptionem, emptor pro idoneo & locuplete mercatore habitus fuit. Jam verò, ut, ob æs latens, rerum venditarum & traditarum, pro quibus fides de pretio habita est, Dominium penes Venditorem residere ac permanere dicatur, necesse est. Emptorem spatio vel unius Diei, Angelus, in *L. Si cum dotem. 22. §. fin. n. 1. sol. matrim.* vel duorum aut etiam trium Dierum; Benvenut. Straccha, de *decastoribus, num. 30. part. 13.* vel ad summum quatuor dierum, dicta parte 2. tit. 5. artic. 3. Statutor. *Hamburgens.* fallere, fugere & evadere. Ex quo consequi videtur, non posse Actores hæc Juris dispositione juvari. Sed respondeo, Dies istos ab Interpretibus, uti etiam à Conditoribus Statutorum *Hamburgensium*, non determinativè; sed exemplativè poni; ideoq; ad Casus similes rectè extendi. *L. Et ideo. & L. Non possunt. D. de LLb.* Qua ratione Paul. Castrensis, Juris interpret solertissimus, Dies istos non numero determinato; sed paucorum dierum quantitate ac titulo designat; in *d. L. Si cum dotem. §. fin. num. 5. ff. sol. matrim.* Sed & Carolus Molinæus, æquitatis arbiter insignis

gnis



gnis, rem eam modici temporis definitione circumscribit, in *Consuet. Paris*, §. 23. num. 17. Potest verò ea res verborum aliquot similitum consideratione rectius explicari. Nam verba hæc, Statim, Confestim, Illicò, & Incontinenti, ut plurimum dierum duorum, vel trium termino concluduntur; L. fin. Cod. de judic. L. fin. C. de error. advocat. Ludov. Romanus, in L. Si de eo fundo. §. Si forte. n. 5. ff. de acquir. possess. Albert. de Pergamo, tract. de prescr. n. 6. Sed interim si res & æquitas ita postulet, Statim, Illicò, & Incontinenti fieri dicitur, quod fit intra Octiduum. Modestin. Pistoris, cons. 40. n. 46. vol. 1. ut perinde in nostro etiam casu emptorem intra paucos dies, h. e. intra octo vel novem dies, ab Emptionis contractæ tempore fefellisse & evasisse; Sed & Actores confestim, mox, illicò & incontinenti res suas venditas persecutos esse, hinc rectissime concludamus. Sic modicum tempus est, quod decem dierum spatio terminatur. Jacob. Cujacius, L. ult. de divers. temporal. prescription. Ex quo consequitur, Actores nostros, intra paucos dies, & intra modicum tempus sibi vigilasse; ideoq; Juris dispositione, quæ isto casu Dominium rerum venditarum (non ab emptore in venditorem; sed) à venditore in emptorem transferri negat, benè juvari. Deindè constat, hujus rei decisionem in Judicis arbitrio, ex boni & æqui arte instructo, magna ex parte, positam esse. Hucusq; Cothmannus, apud quem de hoc plura videri possunt. Quibus addimus, quæ Dnii Antecessores hujus Almæ Tubingæ in dicto Responso ad nobiliss. Francovadanum Senatuum, pro ea dem sententia, hisce porro formalibus, isti Rostochiensis ratiocinio addidere: *Ja gleichwie / dicunt illi, die Rechtslehre auch in materia Redhibitionis, ex. gr. Equi vitiosi, communissime dahin schliessen / quòd, si Equus talis, Triduo post Venditionem celebratam, decesserit, Vitium in illo, jam tempore contractus, latuisse credendum sit; eò quòd tunc Celeritas mortis morbum arguat præcessisse.* Hippolyt. Bonacolla, in tract. de equo, Q. 85. Gomez. Leo, divers. Dec. tomo 2. Dec. 40. Francisc. Ripa, tract. de peste, tit. de Remediis curandi pestem, num. 141. & 143. Boerius, Dec. 343. num. 22. Tuldenus, ad tit. Cod. de edilit. action. num. 6. Surdus, Dec. 146. n. 18. Seraphin. de Seraphinis, de privill. jurament. privil. 27. n. 17. ibiq; in addition. Martinus Benckendorff. n. 20. Guzman. de eviction. Q. 6. n. 27. Rævestrunck. in meditat. edilit. lib. 4. cap. 1. n. 27. Augustin. Barbosa, ad L. 3. n. 7. Cod. de edil. act. Und dennoch hingegen / wann ein solches Pferd verreckht / und zwar erst lang nach errichtetem Kauff; aber / bey dessen Abdeckung / ex Intestinorum inspectione, per rerum peritos &



tos & juratos faciendâ, clar und lauterlich sichs ergibt / quòd morbus Emptionem verè antecesserit, auf dises / daß solches erst nach verlauff einer zimlichen langen Zeit verreckht und gefallen / im wenigsten keine ; sondern auf die erfundene Wahrheit allein alle reflexion, in Cauſa legaliter decidenda, gemacht wird; Hyppolyt. de Marsiliis, ad *L. Statu liber. n. 15. de statu liber.* Alexander Tartagnus, *lib. 2. cons. 148.* David Mevius, ad *Jus Lubecense, lib. 3. tit. 6. artic. 14. num. 5.* Goswinus ab Esbach, in *addition. ad Carpz. parte 2. C. 34. D. 18. n. 4.* Johannes Voctius, in *comment. π. tit. de edil. edict. num. 11.* verbis: *Quin imò si equus brevi post Venditionem moriatur, & latens Intestinatorum vitium inveteratum ex Sectione appareat, quod morti causam præbuit experitorum Judicio, non dubitandum videtur, quin ad pretij restitutionem venditor damnari debeat.* Anton. Perezius, ad *tit. Cod. de edil. action. n. 4.* aliq; quos laudat Collega noster Dn. D. Harpprecht, *Resp. 61. n. 120. junctis ibi sequentibus. & præced.* Also ist der gesunden Vernunft gangß gemäß / daß / wann auch eines Kauffmanns / der viele Wahren auf Borg und Credit nimpt / selbst eigene Handelsbücher und Bilanzi deutlich zeigen / daß Er / in Zeit so errichteter Käuffe / da er nemlich viele Wahren entweder auf Borg / oder gegen Versprechung des paaren Geldes ; oder ohne Verspruch paarer Zahlung / bald auff einander zusammen erkauft ; aber die erkauften Wahren in geringeren Pretiis gleich wider hinweg gibt / oder starcke Geldposten auf dieselbe / als einsetzende Faustpfänder / aufnimpt / und sonst in allen Stücken nicht als einer / welcher wieder / durch ersprießliche / ehrliche / und sorgfältige Handthierung / zu besserer Nahrung zu gelangen sich befließiget ; sondern alles zu seiner Creditorum betrieg / und recht diebischer Bestehlung einrichtet / und anschieket / auch / wann er sich nunmehr genugsam besackhet und provisioniret / in wenigen Wochen / oder etlichen Monathen / die schändliche Flucht ergreiffet / apertissimè nicht mehr solvendo gewesen / und Er solches Selbst wohl ; der Verkäufer aber nicht gewußt / auch dises / in Zeit der errichteten Käuffe / ihm vor augen gelegene / und nachgehends auch aus seinen Büchern / schon von selbiger Zeit an / gründ- und eigentlich ersiehende omnimoda Insolventia, und Unmöglichkeit die Verkäuffere und andere Creditores zu contentiren / seinen Animum die Verkäuffere umb das Ihrige zu bringen / bevorab bey so vielen / nur in etlichen Wochen / oder wenigen Monathen aufeinander betrie-

betrie-



betriebenen/ und seine schon vorgehabte schändliche Flucht gnug andeu-  
tenden Handlungen zu rechtlicher gnüge an den tag lege.

§. XVI.

Et quòd etiam illud, quod circa secundum DDrum Requisi-  
tum, de talis Emptoris Paupertate præmisimus, sub mox subnecten-  
do temperamento, Veritati & Justitiæ convenientissimè, ab illis tradatur,  
ipsi largiter largimur. Nimirum quamdiu obætatus talis emptor adhuc  
aliquam probabilem, & non meris chymæris atq; somniis subnixam, spem  
ab æris, quo premitur, alieni saburra se immunem præstandi concipere  
potest, verbi grat. quòd vel à suis Parentibus adhuc tantas facultates, jure  
hæreditariæ successionis, vel ab aliis suis proximis Agnatis & Cognatis spe-  
rare ei liceat, ut suis creditoribus, atq; hos inter etiam hujusmodi Vendi-  
toribus, qui, fide de prætio habitâ, sua ipsi vendiderunt, satisfacere valeat;  
arg. *L. 15. ibi: Ne illorum, quos justis nuptiis procreavit, deminuatur  
Spes. ff. de adopt.* Itemq; si suas in taberna otiosè jam aliquamdiu jacentes  
Merces, propter ingruens Bellum, notabiliter majori, quàm antea, pretio,  
inter milites distrahendi ferè certam spem habeat, easdemq; aliundè, ad  
credentiam emptis, similibus vel aliis mercibus adaugeat; si eo tempore,  
quò ipse, totus quantumvis obætatus, quamplurimas merces, exiguis,  
queis tunc communiter venduntur, pretiis coëmit, ob magnum, quem scit  
propediem in aliquo Loco futurum hominum confluxum, atq; copiam  
emptorum, ad alterum tantum majoribus pretiis eas rursus distrahendi  
amplissimam prospiciat occasionem; si præsertim variabiles, quas dicimus,  
Species, seu quarum pretia, etiam intra brevissimū sæpè temporis spatium,  
teste experienciâ, insigniter variant, in quarum censum Frumenta, Vina &  
similia referunt; *L. 12. L. 23. Cod. de usur.* sub vindemiam, vel messem, vel ob  
imminens gravissimum & propemodum præsentaneum ab Hostibus pericu-  
lum, vilissimis pretiis, in copia coemerit, easdemq; verente vix unico Año,  
vel dimidio año, ad alterū ferè Tantū adauctis pretiis distrahendi spem ha-  
beat, pariterq; si ipse non præcisè eo die, quo in magna quoq; copia pretio-  
sas merces emit, egestate jam pressus; verum, ob sublecutū grave aliquod In-  
fortunium ex bellicis, vel alis calamitatibus, vel ex decoctione aliorum, qui  
ipsi multam debebant, mercatorum, in eandem delabatur, & qui plurimalii  
in negotiis sublunaribus, lunâ mutabilioribus, Casus possunt incidere; tunc  
ipsi lubentes Brunnem. & Strykii sententiæ subscribimus, quòd præsentane-  
nea Emptoris Paupertas, & ad tempus Emptionis relata Insolventia nec  
ad Animum fraudandi de ipso probandum, nec ob illam, aliàs  
competentem facultatem merces venditas vindicandi constabiliendam ad-



mitti debeat. Hincq; optimè hanc in rem in hoc scibili v rlatissimns Jo-  
hannes Marquardus: Quidam, inquit, est mercator, qui amplas suscipit  
negotiationes, plus, quàm in suis facultatibus habet, in contrahendo  
promittit, & Merces vel Pecuniam mutuò sumit, sperans, ità illum lu-  
craturum, ut non solùm suo Creditori, à quo merces mutuò  
accepit, satisfaciat; sed & lucrum indè percipiat; completo con-  
tractu merces accipit, & forsitan, propter Casum quendam fortui-  
tum, vel ob alias causas, eas perdit & amittit, nec istò valore, quò easdem  
comparavit, vendit. Quò sanè in casu primò vitium apparet ex hoc, quòd  
sefe mercator ad plura obligavit, quàm in sua substantia & facultatibus ha-  
buit. Quia verò ipsius Animus, intentio & propositum fuit, ut suo  
creditori satisfaceret, & propter adversam fortunaam ac infelicitatem  
merces perditæ, id fortunæ vitio & injuriæ adscribitur: in *tract. de jure  
mercator. lib. 4. cap. 9. n. 42.* Verùm, ubi è contra, res hujusmodi empto-  
ris, ad credentiam, pretiosas, vel numero plurimas seu copiosissimas mer-  
ces ementis, in tam conclamatum, jam tempore Emptionis, statum delapsæ,  
ut ipsemet nullam omnimodò spem ex tam vastâ grandissimi Æris alieni  
abyssò emergendi concipere valeat, & tamen, cum certa atq; indubitata  
aliorum mercatorum, fidem ipsi habentium, perniciè, copiosas, vel magni  
pretii merces nihilominus comparat, imò veriùs, cùm hoc, quòd solutio  
pro illis sibi sit impossibilis, perspectissimum habeat, instar Furis & præ-  
donis magis, quàm veri, sinceri atq; candidi Emptoris, fraudulenter ipsis  
aufert; ut rectissimè hæc delineat Johannes Voetius, ad *tit. π. de rei vin-  
dic. §. 14.* ibi: *Imò non longè à furti vitio tale factum abest: ut proinde  
idem quoq; quod de rebus furtivis supra dictum, hoc casu debeat obtine-  
re. arg. L. 3. ff. de pign. act. tunc alia omnia sentiri debere, elucescit ex Re-  
sponsis Jctor. Holland. part. 1. cons. 245. 285. & 286. Voetio, d.l. Aliisq;  
quamplurimis inferiùs laudandis.* §. XVII.

Nihil igitur hîc superest, quàm ut jam etiam aliorum summî nominis:  
atq; eruditionis Autorum sententiam de hujus Juris, ut Mercium, fide:  
de pretio habitâ venditarum, & traditarum Dominium à Venditore  
non discessisse, & in fraudulentum hujusmodi Emptorem non trans-  
latum dicatur, & proinde easdem, tum ab ipso Decoctorè, tum & aliis  
Possessoribus vindicare sit integrum, Requisitis, meliori paulo ordine:  
hucusq; præmissis succenturiemus. Ex illorum assertis, ad stabiliendam  
hanc



hanc ipsam licentiam, etiam nobis videtur, quod tria Requisite necessaria  
sint, & *Primo* quidem Mercatoris, vel etiam cujuslibet alterius Empto-  
ris, jam tempore initæ Venditionis planè indubitata, & ipsimet,  
ex propriis præcipuè libris, penitissimè cognita & perspecta Insol-  
ventia; *Secundo*, dolosa Ipsius Intentio, sive Animus Venditorem  
suis mercibus, sive Pretio pro illis promisso fraudandi. Et ut,  
*Tertiò*, hæc ipsa Emptoris Insolventia Venditorem, eò tempore,  
omnimodò lateat. In *Primo* Requisito hoc insinuamus, quod  
Emptoris Insolventia tempore initæ Emptionis non solùm actualiter  
& revera adesse; verùm etiam Emptori probè cognita esse debeat.  
Non igitur sufficit, vel hîc quidquam operatur ex postfacto demùm, nem-  
pe post emptionem cum ipso contractam superveniens Insolventia;  
eo quod illa non possit retrò fraudandi Animum in jamdùm bona fide cele-  
bratum emptionis contractum diffundere; & in omnibus negotiis, tum il-  
licitis, tum licitis, regulariter, Initium spectare oporteat. *L. 8. ibi: Uni-*  
*uscujusq; contractus initium spectandum & causam. ff. mand. L. 1. §.*  
*13. ff. de pos. L. 12. de Scto Maced. L. 1. Cod. de impon. lucr. de script. L. 6.*  
*in verbis: Initio, id est faciendi furti tempore constituere visum est. ff.*  
*de furt. L. 6. in verbis: Et magis est, etiam me, qui initium rei præsti-*  
*terim. ff. quod vi aut clam. Flamin. Parisius, de resignat. benefic. lib. 1.*  
*Q. 11. n. 7. & 8. Johannes Harpprechtus, ad princ. Inst. quib. m. re contrah.*  
*oblig. Anton. Faber, in rational. ad L. 3. §. 3. verb. licet. de Scto Maced.*  
*Petr. Barbosa, ad L. Post dotem. n. 75. ff. sol. matr. Augustin. Barbosa, &*  
*J. O. Tabor, in axiomat. vocab. Initium. axiom. 13. De quo pluscula jam-*  
*jà prælibata videri possunt in preced. §. 16. Cùm igitur talis Emptor, ex*  
*postfacto, solvendo quidem esse desierit; verùm Animus fraudandi,*  
*ad hunc effectum, ut, insuper habitâ Fidei habitatione, Dominium rei actua-*  
*liter traditæ in emptorem nihilominùs haud translatum dici possit, ad fun-*  
*dandam tales res Vindicandi Licentiam, unanimi suffragio, præcisè neces-*  
*sarius, die Venditionis bona fide contractæ, adfuisse dici nequeat;*  
*quare prono & pleno ex hinc alveo promanat, quod hujusmodi, demùm*  
*subsecuta, Insolventia in nullam omninò, quoad istum articulum, confi-*  
*derationem venire possit. Neq; etiam, Secundo, talis satisfaciendi Insuf-*  
*ficientia impræsentiarum sufficere videtur, quæ quidem tempore contra-*  
*ctæ Emptionis reverà jam adest; verùm ipsi Emptori eò tempore*  
igno-



ignota, verbi grat. quòd Navis, multis mercibus, ad ipsum spectantibus, referta, per id temporis, in mari, vel alio remotiori loco perierit; cujus maximæ jacturæ, ipsum ferè ad incitas redigentis, notitiam, post talem demùm ad credentiam contractam emptionem consequitur. Si enim ignorans nihil agere dicitur; L. 19 ff. de inoffic. testam. L. 23. de acquir. vel mitt. hered. Paulus de Castro, ad L. Servitutes. num. 11. ff. de servitut. Autor consill. Argentorat. vol. 1. cons. 24. n. 87. Si, hac ipsa de causa, nihil ei imputari potest; L. 29. princip. ff. mand. Barbosa & Tabor, in axiomat. vocab. Ignorantia. axiom. 16. quò ergò colore ei talis Insolventia, quæ animum fraudandi adjunctum habeat, ei poterit imputari?

§. XVIII.

In secundo Requisito illud desideramus, ut talis Mercator, vel alius Emptor, jam tempore Emptionis non solvendo existens, etiam Animum habeat, seu fraudulentam Intentionem, Venditorem suis mercibus, sive Pretio pro illis promisso fraudandi; cum B. Lauterbachio, de jure in curia mercat. usitat. th. 133. verbis: Licet de pretio sit habitafides; tamen, si Emptor, se solvendo non esse, sciat, & Animum fallendi habeat, Dominium pro translato non habetur; ita, ut in concursu postea creditorum, si extent hæ merces, à venditore præcipi & vindicari possint. Idem in tract. synopt. tit. de action. empti vend. §. 1. num. 20. vers. Si verò venditor. ibi: Nisi posteriori casu, ubi fides de pretio habita, Emptor dolosè cum venditore contraxerit, emendo rem, cum jam non solvendo fuerit. Dn. Strykio, de fide habita, cap. 4. n. 20. ibi: Arguitur autem hic Dolus ex eo, quòd Emptor, tempore Venditionis, jam non fuerit solvendo, & animo fraudandi fidem sibi haberi rogaverit. Dn. Homborgio, Resp. 30. v. 4. verbis: Betrieglliche Verschweigung des Käuffers/ so zu bezahlen unvermögend/ jedoch sich nicht scheuet/ mit dem Beding/ mit Verkäuffern einen Kauff zu schliessen/ daß er nur eine geringe Zeit/ wegen der Zahlung des Käuffschillings/ mit ihm stunden möge. aliisq; plerisq; imò nullo excepto. Quodsi ergò emptori, valdè licet obarato, tamen spes pinguioris fortunæ affulgeat, verbi grat. ex alia, quam alibi exercet, negotiatione; vel ex alia Taberna, quam alibi habet; vel ex Lite, seu Processu de multis Bonis; vel ex hæreditariis Successionibus, aliave quâ simili Casarum figurâ, ex qua valdè imminutæ suæ rei mercatoriae Redintegrationis probabilem

lem



lem spem alere, vel concipere valeat, tunc superius jam diximus, quod nullus huic Juri merces venditas vendicandi locus pateat. Repetantur supra tradita in §. 16. Imò quod nec in tali emptore, qui, ut probum Mercatorem & Patrem familiam decet, in suis hucusq; rationibus & rebus versatus est; sed, per grave infortunium facultatibus lapsus, in ære alieno, & jam tum temporis non solvendo esse cepit, dum merces emeret, & pro illis à venditore fidem sibi habendam rogaret & exposceret; sed mox, domum reversus, urgentibus valde ejus aliis Creditoribus, ad miserabile Cessionis beneficium, nullo prorsus Doli mali apparente vestigio, confugere cogitur, hoc secundum Requisitum verificetur, in individuo tradit Dn. Carocius, de foro advena contrahent. §. 29. n. 5. eo quod in hujusmodi, bonæ fidei, probitatis, & virtutis, in omnibus, studiosissimo Viro fraudandi Animus, ob hanc ipsam ipsius vitam benè anteactam, usq; aded non præsumi debeat, ut potius illa religiosissimi Dn. Brunnemanni, & Dn. Strykii benignior pro ipso præferenda sit præsumptio, quod potius spe, ex coemptis ita mercibus faciendi magni lucri, & ex illo præcipuè huic suo novissimo, ex vendito, creditori, & quousq; potuerit, etiam aliis Creditoribus satisfaciendi, huic contractum celebraverit. Semper enim, in dubio, doli mali exclusiva præsumptio præferri, neq; Dolus bonæ fidei contractui causam dans in ambiguo præsumendus; sed hic potius perspicuis demonstrandus est indicis. L. 6. Cod. de dolo malo. Barbosa & Tabor, in axiomatib. vocab. Dolus. axiom. 3.

§. XIX.

Tertium Requisitum hujus Vindicationis in Venditoris Ignorantia posuimus; quod videlicet ipse, quemadmodum Emptorem de sua Insolventia prorsus indubitata certamq; notitiam habere oportet; hujus nullam omninò, è diverso, notitiam habere debeat: Eo quod, si è contra etiam Venditor deploratum & omninò conclamatum Bonorum Venditoris statum ipsemet sciret; & hoc insuper habitò, nihilominus ei fidem de pretio haberet, ipse non ab Emptore; verum à semetipso deceptus dicendus esset; ut in simili Paulus, in L. 26. verbis: *Nam si actor scit, tunc is non ab alio; sed à se decipitur.* ff. de rei vendic. Neq; enim ab alio ille decipitur, qui scit, se decipi; L. 1. §. 6. ff. de Ad. ed. neq; ulla volenti & benè scienti infertur injuria; neq; Fraus contra illum pedem figere potest. Barbosa & Tabor, in axiomat. vocab. Deceptio. axiom. 2. in terminis Dn. Andreas Homborgius, Resp. 30. n. 14. ibi: *Daß er / zur Zeit des*



geschlossenen Kauff nicht gewust/ &c. nobilissimi Dnni Antecessores, ap. Dn. Præsidem, *consil.* 26. n. 177. ibi: *Venditor verò id nesciverit.* Donatus Antonius de Marinis, *Resoll. Jur. lib. 1. cap. 260. n. 8.* verbis: *Id quod à Venditore ignorabatur.* Imò si Emptor, jam tempore Contractûs, Venditori tantum de fuga suspectus fuerit, & ipse nihilominus cum illo contraxerit, tunc, cum ipse illius conditionem approbasse censeatur, eidem non amplius succurri decidit Johann-Bapt. Caccialupus, de *debitore susp. Q. 6. n. 2.* Gail. 2. *Obs.* 44. & 84. n. 3. Romanus, *Consil.* 320. n. 2. Mascard. de *probat. conclus.* 478. B. Dn. Frommannus, de *fuga just. & injust. th.* 42. Ubi tamen notandum, quòd, quemadmodum etiam aliàs in humanis negotiis Ignorantia potius, quàm Scientia, præsumitur; præprimis circa illa, quæ sunt facti alieni, cujus semper probabilis, justa & verisimilis ignorantia reputatur; *L. ult. pro suo. L. 42. de Reg. Jur. Cap. Præsumitur. 74. eod. in 6. L. 21. ff. de probat. L. 6. ff. de admin. tut.* Aymo Cravetta, *cons.* 224. n. 4. Johannes Meichsnerus, *tom. 3. Decis. Camer. 18. num. 9. & 11.* Roland. à Valle, *vol. 4. cons. 66. n. 1. cum seqq.* Alderan. Mascard. de *generali Statutor. interpret. conclus.* 6. n. 142. Josephus Mascardus, de *probat. conclus.* 879. maximè in Absentibus; cum & ipsa Absentia ignorantie præsumptionem inducat; post plures laudatus Alderanus Mascardus, *dicta conclus.* 6. n. 175. Theodor. Reinkingk. de *retract. consanguinit. Q. 7. n. 121. & sq.* Quare etiam venditor, ratione à se præsentis Ignorantiae, tamdiu fundatam intentionem habebit, quoadusq; non probatur ipsius Scientia; per ea, quæ habet Anton. Gabriellus, *comm. concl. lib. 6. tit. de regul. Jur. concl. 5.* Florez Diaz. de Mena, *varr. resoll. lib. 1. Q. 3. num. 5.* Joh. Anton. Mangilius, de *imputat. Q. 133. n. 11.* Joh. Del Castillo, *controvers. lib. 5. part. 2. Q. 127. n. 47.* post Surd. & Rocc. Joh. Bapt. Cardinalis de Luca, *tr. de regalib. Disc. 115. n. 12. in fin.* ibi: *Nisi probetur futura decoctionis & preparata fuga Scientia, quæ in dubio non præsumitur.* Si tamen omninò talis Venditor non levibus suspicionibus gravetur, quòd ipse de malo Emptoris Bonorum statu satis fuerit informatus, tunc quòd, sicut ad omnium, ita etiam ab illa præsentis ignorantie adversantium suspicionum everriculum, quod appellat David Mevius, ad *Jus Lubec. lib. 2. tit. 3. art. 3. n. 50.* juramentum videlicet purgationis, recurri debeat, nuncupatim definiunt Domini Helmstadiensis, apud Dn. Homborgium, *cit. l.* ibi: *Da nun vorhero Herr J. M. S. eydlich erhärteten wird/ daß er/ zur Zeit des geschlossenen Kauffs/ nicht gewust/ wie es mit R. beschaffen gewesen/ daß er nemlich so viel schuldig wäre.* Verùm deficientibus, vel aliter purgatis talibus suspicionibus, quòd Venditor



ator ad tale juramentum præstandum compelli non debeat, 'elucescit ex  
 iis, quæ in Casu superius in §. 1. præmissis respondent celeberrimi peranti-  
 quæ hujus Eberhardinæ Domini Antecessores, quando ita: Dann daß  
 hingegen Herr Frank von F. in der Zeit / als er dem Falliten seinen  
 Pfeffer / vor fast 700. Rthlr / verkaufft / desselben facultatum schon ver-  
 dorbenen statum so wenig gewußt / als die beyde Sebrüdere Herren de N.  
 welche ihm ihre Zuchten / erst zwey Monath hernach / verkaufft / ja  
 auch als die fast samptliche übrige Creditores, welche / allem ermessen  
 nach / unter denen / in solchen zweyen letzteren Monathen / vom Falliten /  
 für mehr als fünff tausend Reichsthaler eingehandelt / und von ihm /  
 dictis modis, gleich wieder hinweggegebenen Wahren / ihre Forderungen  
 stecken haben / darvon Wissenschaft gehabt / das bestärcket zur gnüge auch  
 diese alleinige Præsumptio Juris, quod nemo quisquam, & præsertim  
 tam exacti, ac ex longo rerum usu mercatorix rei peritissimi Mercatores,  
 nedum Tot Mercatores, ut in proposito, suæ mercis & pecuniæ jacturam  
 ultrò, seu scientes prudentes facere voluisse intelligi debeant. *L. 25. in med.  
 princip. de probat.* ubi vulgò Scribentes: Sic, ut rectissimè, in talibus ter-  
 minis, illa altera generalior præsumptio Juris cum hac prima combinetur,  
 quod Scientia, in ambiguo, præsumatur haudquaquam; sed ab eo, qui  
 illam in suam utilitatem allegat, eam omnibus modis probari oporteat,  
 advertente Menoshio, de *presumption. lib. 5. præsumpt 23. n. 52.* Her-  
 manno Vultejo, in *consill. Marpurg. Vol. 2. consil. 30. n. 238.* Barbofa &  
 Tabor, in *axiomat. vocab. Scientia. axiom. 5.* Quæ ipsa Præsumptio quod  
 præcipuè circa facultates alienas fortissima sit, nemo ullus est, qui ne-  
 sciat. Si enim hoc sæpè in propriis hominum facultatibus contingit, ut  
 plus sperent de illis, quàm in rei veritate deprehendunt & possident; §. 3.  
*Inst. Qui & quib. ex caus. manumitt. non poss. L. 10. ff. Qui & à quib. ma-  
 numiss. lib. non sunt*: Quid mirum, si plus de alterius facultatibus speran-  
 tes sæpiùs decipiamur, & præcipuè Mercatoris, clàm obærat, Creditores  
 quotidie, cum gravissimo suo damno, hoc experiantur? ut ferè B. Dn.  
 Lauterbach, de *inventar. hered. th. 1.*

§. XIX.

Cùm verò Ddres præcipuè circa Secundum Requisitum, quod  
 Emptio à tali Decoctore, vel Decoctionis Candidato, fraudulento pro-  
 posito, sive Animo Venditorem suis mercibus fraudandi cele-  
 brata esse debeat, rectè definiendum, multum operæ collocent, quare,  
 Primò,



Primò, generaliter hîc prænotandum, quòd, cùm talis maligna Emptoris Voluntas in animo resideat, & proindè directà seu inartificiofa illius Probatio, per Testes videlicet, aut Instrumenta, non quidem nunquàm: (Quid enim, si ille hoc uni vel alteri revelaverit Amicò? jungat. in simili Dn. Caroc. *dicta Diss. de foro advena contrahent. §. 29.* vel per literas ad alium hujus furturis fraudatorem, (quem appellat *Lex 7. ff. depos.*) quæ quoquo modo ad manus decepti Venditoris perveniant, fraudulentam hanc suam deceptionem, dùm vel illam adhuc in destinatione habet, vel in necem venditoris, ut loquitur *L. 3. §. 2. Stellionat.* jamdùm perfecit, jactabundus perscribat, vel in familiari colloquio jactet? B. Dn. D. Fromann. *de fuga justit. & injustit. th. 42.* ibi: *Si id, tempore contractûs, ad alios dixit, vel scripsit.* Ernest. Cothmann. *vol. 3. Resp. 40. n. 5.* ibi: *Amico suo concrederet.* ex Angelo, Straccha, *part. 3. de decoctorib. num. 31.* ibi: *Intelligam autem, mercatorem consilium inivisse fugiendi, si hoc dixit coram aliquibus)* veruntamen paulo rariùs, haberi possit; Conferat, Gratianus, *Discept. for. cap. 967. n. 9.* ibi: *Judex debet arbitrari, quia ex testibus examinatis per Simonem & c.* eapropter unanimi Ddres suffragio etiam Conjecturam seu præsumptivam, prout scilicet in illis, quæ clàm & in occulto fiunt, receptissimi Juris est, ut etiam Conjecturæ, tanquàm rationabilia Veritatis latentis vestigia, admittantur; Clemens Merlinus, in *Decc. Rota Rom. Dec. 670. n. 7. & 8.* Dn. Præses, *Resp. 73. n. 228.* Æmilius Verallius, *part. 1. Dec. 143.* Seraphin. de Seraphinis, *Dec. 763. n. 8.* probationem, his etiam in terminis, admittendam definiunt; ut his ipsis in terminis tradit Gratianus, *dicto cap. 967. n. 5.* ibi: *Ad effectum, de quo agimus, sufficit, Dolum probari ex conjecturis. Cùm enim Dolus sit quid latens, & consistens in animo, non potest aliter de eo constare, nisi per conjecturas & præsumptiones.* Aymo Cravetta, *consil. 100. n. 3.* Rota Genuens. *Decis. 168. n. 1. & 14.* Joh. Anton. Mangilius, *de evictionib. Q. 41. n. 14.* verbis: *Et in his sufficit, Dolum probari ex conjecturis, præsertim cùm Dolus sit quid latens, in animo consistens.* Joh. Carolus Antonellus, *de tempore legali, lib. 4. cap. ult. n. 18.* ibi: *In hoc sufficiant conjecturæ.* Benvenut. Straccha, *part. 3. de decoctorib. num. 38* verbis: *Novissimè addendum est, Præsumptiones & Conjecturas, in hujusmodi, pro legitimis probationibus haberi: ita quidem, ut etiam duas saltem conjecturas ad hunc animum probandum sufficere pronunciet Stephanus Gratianus, d. l. ibi: Ita ut etiam due sufficiant.* Mangilius, *d. l. ibi: Et due sufficiunt.*

§. XX. Inter



§, XX.

Inter istas Conjecturas non quidem solitarium, ut nonnulli existimant; attamen principem locum occupat, quam vulgò ex **Temporis Brevitate** desumunt, quæ inter Emptionem & subsequam Decoctionem inter cedit. Ità namq; passim dicunt, quòd ex **Temporis Brevitate**, & **Eventu** colligatur, Emptorem **doloso emisse Animo**. Henr. Kinschot, *Resp. 103. n. 13.* si videlicet **Statim** post Venditionem, vel paulo post, talis Emptor fallat, fugiat, vel foro & bonis cedat. Andr. Rauchbahr. *lib. 1. Q. 6. num. 9.* B. Dn. Frommann. de *Traditione, maxime vera, th. 35.* & in *Diss. de Fuga justit. vel injustitia, th. 42.* ibi: *Aut statim, vel brevi post contractum aufugit.* Straccha, de *decoctorib. part. 3. num. 3.* Ex quo ità signanter Paulus de Castro: *Quando, inquit, Mercator intra paucos dies fefellit, procedit dictum Baldi & Angeli, ad L. 22. §. Simulier. sol. matrim.* quasi videatur decepisse Venditorem, & fecisse sibi fieri fidem de pretio, arg. *L. 3. ff. de pignor. act. ad d. L. 22. §. ult. ff. d. tit.* Et Philippus Castaldus: Hæc, ait, facilius procedunt, quia post paucos dies sequutæ emptionis Penatus fugam arripuit, & foro cessit; ex quo **Manifestus resultat Dolus**, in cuius pœnam speciale est, ut dominium in eum non censeatur translatum, & fides pretii pro non habita reputetur. *consult. forens. 93. num. 5.* Richter. *Dec. 86. n. 10.* verbis: **Diemeil A. zu der Zeit/als er die Wahren von C. erkauft/allbereit nicht solvendo, und also seinen Verkäuffer vorsehlich zuhintergehen und zubetriegem gemeinet gewesen; inmassen er dann so bald des vierten Tags darauff falliment gemacht/ und flüchtig worden ic.** Quia verò de hac palmariâ Conjectura, prolixa jam supra serie, dispeximus, quare nihil hîc addimus, quàm quòd ista dispectio à circumspecto judicantium arbitrio tota dependeat, qui non præcisè, nec solitariè, **Temporis Brevitatem** in oculis habere; sed, si de animo fraudandi Venditorem etiam aliundè liquidissimè constet, hóc insuper habitò, quòd à tempore Contractûs ad subsequentem Decoctionem, plures etiam **Dies, Septimanæ**, vel **Menses**, & sic deinceps, elapsi fuerint, tamen venditas merces pro planè non venditis, hasq; traditas pro non traditis, fidemq; pro pretio habitam pro non habitâ, & **Dominium**, ex communibus Juris Regulis translatum pro non translato judicare, & dehinc Venditoris, suas merces, ob manifestissimam emptoris talis Fraudem, vindicantis petitis deferre debeat. Unde ipsi naturalis Jus-  
G
stitiæ



stitiæ dictamini convenientissimum hoc existimamus, quòd, cùm planè  
 juratus sui Principis Quæstor, qui, tempore ædium sexcentis florenis à to-  
 ta Præfectura comparatarum, jam in eo, ratione suarum facultatum, per-  
 ditissimo fuit statu, ut suis Creditoribus, ne quidem pro dimidia, satisfacere  
 se posse perspectissimum haberet; tamen unum cum altero, in suis actioni-  
 bus, Dolum connexit, fraudes fraudibus cumulavit, & in sui Principis ac Do-  
 mini, cui domesticitatis, seu assecurationis jurejurando obstrictus fuerat,  
 multoq; magis in quorumvis privatorum, quibuscum ipsi, ratione officii,  
 vel in privato, negotii quid fuit, gravissimam perniciem, multos exitiales,  
 & cum crimine perjurii conjunctos contractus audacissimè iniit; tandem  
 verò, confectò super ejus facultatibus solenni Inventariò, plusquam evi-  
 dentissima, & à multis jam annis Retrò evidentissima atq; indubita-  
 ta ipsius Insolventia liquidissimè patefieret, Præfectura, tanquam Vendi-  
 trix, ad Ædium suarum vindicationem, etiam post tantum temporis, ab il-  
 lustris hujus Loci Facultate Juridica, æquissimo jure admissa fuit; totum  
 Casum recensente Dno. Præsidente, in suo Consil. 26. jam Ao. 1695. conscri-  
 pto; præcipuè in verbis: Dann weil der gewesene Verwalter Mevius,  
 bereits Anno 1677. und also in der Zeit / da das Haus quæstionis,  
 Ihm pro 600. fl. angedingten paaren Geldes / verkäufflich überlas-  
 sen worden / ein solcher offenbahrer Bruckemacher / Falsarius, und  
 ungetreuer Mann gewesen / und hingegen in seinen gesampften facultati-  
 bus, nach besag des hierüber aufgerichteten Inventarii, kaum die Helffte  
 mehr gehabt / disem nach von demselben nicht gesagt werden könne / daß  
 er den Animum dises Haus einer löbl. Statt und Ampt Julia bona  
 fide abzukauffen / und dieselbe umb das ihrige bidermännisch zu ver-  
 gnügen; sondern vielmehr umb dasselbe dolo malo zu betriegen in-  
 tentionirt gewesen / consequenter Statt und Amt ihm dasselbe auf Credit  
 verkaufft zu haben / benigna Juris interpretatione nicht præsumirt; mithin  
 auch dises / quòd Dominium in ipsum, cen fide eidem de pretiò habitâ,  
 translatum fuerit, nicht gesagt werden könne / das ist leicht zu begreifen.  
 Dann da ist freylich dises offenbahr und am tag / daß er Verwalter und  
 Käuffer Mevius, bereits tempore Contractûs, ja schon lange Zeit vorher /  
 die Kasten- Particularien, Frucht- Verkauf- Sturz- Zettel und  
 Rechnungen / mit schöder Hindansetzung seines obgehabten schwehren  
 Eyds / als ein rechter Perjurus, und also vel maximè dolo malo ver-  
 fälscht / viele tausend Gulden an Capitalien ablösen lassen / und  
 die



die Gelder in seinen Säckel gestöckt / die er doch / als theils abgegangen / theils als noch gangbar / ratione der Jährlich angegebenen Zins-Verrechnung / in die Rechnungen gebracht / aus deren Durchgehung auch / bey deren Ao. 1682. über ihn vorgewesenen Fürstl. Commission, sich in mehrerem ergeben / daß er bereits Ao. 1677. der Geistlichen Verwaltung einen solchen starcken Rest zu bezahlen gehabt / daß er denselben von seinen damahlen besessenen facultatibus nicht mehr guth machen können ; geschweigen daß ihm / dieses Hauß zu bezahlen / wäre möglich gewesen : Allermassen dann insonderheit aus dem Ao. 1682. den 1. Decembr. von dem Fürstl. Commissario erstatteten Commissions-Bericht gleich p. 1. so viel erhellet / daß nur allein an Capitalien, damahlen vor 15. 10. 6. 5. 4. und 2. Jahren / eine Summ von vier tausend sechs hundert vierzig und acht Gulden / 40. Kr. abgelöset : wie in gleichem / laut pag. 6. & sqq. daß allbereit in Annis 1672. 73. 74. 75. & sic deinceps, in verrechnung der verkaufften Herrschafftlichen Früchten / alle immer ersinnliche Leichtfertigkeit / Bosheit / und Pflichtvergessene Betriegerereyen von ihm begangen worden : Sodann daß er jedennoch / bey all dieser / so verübter / Pflichtvergessener Eigennützigkeit / an seinem Vermögen dergestalten abgenommen / daß er auch seine / eben wegen dieses Haußkauffs / gegebene Zusag / da er den ganzen / auf 600. fl. gesetzten Kauffschilling / innerhalb zweyer Monathen / paar zu bezahlen versprochen gehabt / so gar nicht adimpliren können / daß biß auf diese gegenwärtige Stunde noch zwey Drittheil daran unbezahlet aufstehen &c.

§. XXI.

Ceterum, præter hanc primam, à Temporis, inter hujusmodi Emptionem & subsequam Emptoris Decoctionem, vel Fugam intermedii, brevitate desumptam Fraudis præsumptionem, DDres hinc indè etiam alias admittunt, præcipuè istas : Si hujusmodi Mercator, ante suum Fallimentum, in magna copia, merces ab aliis, ad credentiam emerit, easdemq; illicò minori pretio rursùs vendiderit, vel oppignoraverit. Talis namq; coemptio multarum mercium & Scientia Insolventiæ valdè arguit Dolus; ut in puncto Mangilius, de eviction. Q. 41. n. 18. verbis : *Quare habemus, quòd, ubi Debitor sciat suam deteriorationem, & vires sui patrimonii exinanitas & ad nihilum redactas, non potest emere absq; tali Certioratione; quâ non factâ Dolus & Fraus præsumitur.* Quæ eadem formalia etiam leguntur apud Stephanum Gratianum,



*discept. forens. cap. 967. n. 12.* Addatur Matthæus, in *paræmiis Belgii* J. Cor. *paræm. 7.* ibi: *Si primus emptor jam tum, cum emeret, fraudandi animum habuerit, merces Venditori interversurus.* Nec minùs & talis Oppignoratio, proximè ante fugam facta, reputatur fraudulenta. Mevius, ad *Jus Lubec. lib. 3. tit. 4. art. 1. n. 74.* Dn. D. Frommannus, de *fuga justit. & injustit. th. 50. in fin.* Ex quo ità nobilissimi famigeratissima hujus Eberhardinæ Domini Antecessores: Nach allen Umständen können von diesem böshafften und nichts wehrten Betrieger freylich keine andere/ als diese Gedancken/ geschöpft werden/ daß/ indem er bereits zwey Monath vor seiner schändlichen Flucht in einem grossen Schuldenlast/ woraus sich wider/ durch ehrliche Wege/ heraus zureissen er kein Mittel vor sich gesehen/ gesteckt/ und er/ inner solch kurzer Zeit/ für mehr als 5000. Rthlr. an allerhand Wahren zusammen gekaufft/ dergestalten/ daß er zwar alles mit paarem Geld/ entweder als gleich/ oder wenigstens nur in etlichen Tagen hernach/ zu bezahlen versichert; aber mit solchen Wahren vorsichtiger Verkaufung nicht dieses/ daß er seine Scharte auszuweken/ einen ehrlichen Gewinn zu suchen/ und davon seinen Gläubigern Satisfaction zu geben vermöchte/ intendirt; sondern solche entweder (So die Herren Imploranten selbst als eine unerhörte Sache angeben; videatur tamen Mevius, ad *Jus Lubecense, part. 3. tit. 6. art. 1. n. 22.* ubi, certum notumq; hoc esse, scribit, Debitores jamjam decocturos, aut fugituros, fallaces & in eo studiosos esse, ut sibi prospiciant venditis rebus, & pretiis secum ablatis.) so fort in geringeren pretiis verkauft/ oder gegen darauf entlehntem paarem Geld/ gleich am nachgefolgten Tag/ sobald er dieselbe zu handen bekommen/ an andere versetzt/ und also mit solch häufiger Einkauffung/ gleichhaltiger Versetzung/ und Verschleiderung so vieler/ ihme/ ohne paares Geld/ überlassener Wahren/ anders ledigl. ch nichts intendirt/ und gesucht/ als daß er sich schleuni. st/ mit einer starcken/ in etlichen Tausenden bestehender Paarschafft/ zu bald hernach genommener Flucht präpariren und rüsten; seinen sämtlichen Gläubigern aber/ mit Wegnehmung des Zhrigen/ das betrübte Nachsehen/ und die von ihm recht diebischer Weis lähr gestellte Massam, zu ihrem grossen Schaden/ zurucklassen möchte. Addat. omninò Benvenut. Straccha, *part. 3. de decoctoribus. num. 33.* verbis: *Solent mercatores, cum se jamjam decocturos sciunt, fallaces esse, suæq; fidei tuendæ & conservandæ gratia, quoad ejus fieri potest,*



potest, postquam sciunt, se solvendo non esse, & eorum fidem labefactatam  
 iri, merces & res distrahere, &c. Si, 2dò, magno numero, à cre-  
 denza merces comparet, & suarum ècontra mercium Venditiones  
 non nisi per contanti, seu paratâ pecuniâ (In quo hæc conjectura à pri-  
 ori distinguitur) insimulquè viliori pretio distrahat. Stephauus Gra-  
 tianus, *Discept. forens. cap. 967. num. 13.* verbis: *Et passim Emptiones*  
 à credenza, & Venditiones per contanti, & viliori pretio. De  
 quo ità notanter Benvenutus Straccha, *tract. de mercatura, part. 2. n. 28.*  
*pag. nobis. 359.* in verbis: *Nec dissimili modo Status Mercatoris judicari*  
*atq; censeri potest. Ubi enim videris mercatorem versuram facere, seu,*  
*dilata solutione merces emere, & easdem viliori pretio, quàm*  
*emerit, præsentì pecunia vendere, hunc quodammodò usuris sub-*  
*jacere, malè substantiâ suâ uti, & brevi ad inopiam redactum iri, rectè qui-*  
*dem præsumes: Idq; sensit Jason, ad L. Si constante. n. 138. sol. matrim.*  
 Dicitur enim is (ut ejus vulgari utar verbo) Stocchos facere. &c. (H. e.  
 merces, fide, cariùs coemptas, vili pretio vendere.) Probari potest, etsi Lege  
 deficeremur, argumento à solitis, ab eo, quod plerumq; contingit; quod  
 est in Jure fortissimum. Videmus enim quotidie ditissimos quosq; mer-  
 catores hujusmodi emptionibus & venditionibus, (vulgò in patria mea  
 Civanze.) nuncupatis, ad paupertatem, imò veriùs inopiam deduci, &  
 facultates maximas quasq; exinaniri. Plura ibidem huc pariter facientia  
 videri merentur. *num. 30. & 31.* Si, 3tiò, nullas alias seu novas Mer-  
 ces, per integrum mensem, vel longius Tempus, in suam apothecam  
 seu Tabernam intulerit; sed de die in diem eandem magis evacuave-  
 rit; Gratianus, *d. cap. 967. n. 9.* ibi: *Apparet, quòd Jacobus vendidit*  
*multas merces, cum damno scutorum mille, ut pecunias habe-*  
*ret; & quòd per mensem nihil penitùs in apotheca reposuit.*  
 Si, 4to, suarum rerum pessimi Statùs intimè gnarus nihilominùs paratam,  
 pro rebus, quas comparat, pecuniam seu solutionem promittat; lau-  
 datus Gratianus, *dicto cap. 967. num. 13.* verbis: *Imò, cum sciret debitor,*  
*se non esse solvendo, & promiserit, se soluturum merces emptas.* Cùm ju-  
 stissimè ille, qui aliquid promittit, quod tamen indubitanter scit, se præ-  
 stare non posse, ob hoc ipsum in dolo versari censeatur; per *L. penult.*  
 ibi: *Quid enim si socer, specie futura dotis, induxerit Genero, & cum*  
*sciret, dotem se præstare non posse, id egerit, ut Genero insi-*  
*diaretur? ff. de jure dot. ubi junges Barbofam, num. 68. & quæ de his*



tradit Dn. Præses, de crim. Stellionat. §. 49. Aymo Cravetta, *consil.* 310. *in fin.* & dehinc quoq; emptor, si dolo malo, se paratam ad manus pecuniam habere, venditori persuadeat, ob id Stellionatus reatum incurrat. tx. expr. in *L.* 43. §. 3. ubi ita Consultus: *Si quis*, inquit, *nihil in sua persona mentitus est; sed verbis fraudem adhibuit, fallax est magis, quam furtum facit*, ut puta, si dixit, se locupletem, se fidejussores idoneos daturum, vel pecuniam confestim se soluturum: *Nam in his omnibus magis deceptit, quam furtum fecit, & ideo furti non tenetur; sed, quia dolo fecit, nisi sit alia adversus eum actio, de dolo dabitur.* ff. de furt. juncta *L.* 3. ff. Stellionat. Ex quo Nostrates talem nebulonem, qui, dissimulata personæ suæ, suarumq; facultatum conditione, locupletem se simulans, ut alios ad vendendum inducat, atq; ita in necem (ut loquitur *L.* 3. §. 1. ff. d. tit.) seu perniciem alterius, ut vocabulo necis LL. passim utuntur; ut *Lex* 13. princ. de minor. *L.* 10. §. 6. de in rem verso. Dn. Præses, de crim. Stellion. §. 4. imposturam committit, rectius Stellionem, quam Furem appellant. post Plotum, Bartolum, Alexandr. & Castrensem, Menochius, de *arbitrar. judd.* *Qq. casu* 381. n. 25. ex Gomesio, Matthæus, tract. de criminib. lib. 47. tit. 13. cap. 1. n. 6. Coll. Jur. Argentorat. tit. de furt. th. 17. n. 9. Tabor, ad d. *L.* 43. ff. de furt. Christoph. Crusius, de *indic. delictor.* part. 3. cap. 26. n. 92. Dn. Præses, *Resp.* 53. n. 95. & seqq. Straccha, part. 3. de decoctorib. num. 33. ibi: *Mentiendo dicunt, se locupletes, fidejussores idoneos statim duros, vel confestim soluturos. Unde, quia dolo malo faciunt, nisi sit alia adversus eos actio, de dolo danda est.* *L.* Falsus. §. *Si quis.* ff. de dolo. Solent & uti fallacia, de qua eleganter in *L.* 3 ff. de pign. act. & c. Conferat. omninò in proximè præcedente §. 20. allegatum Responsum Magnifici in hac perantiqua Nicrina JCtorum Ordinis, apud Dn. Præsidentem, *consil.* 26. à n. 167. usq; ad n. 202. Cre- scitq; hæc ipsa Fraudulentia conjectura, si planè jurata hujusmodi promissio de protinùs solvendo integro pretio, vel majori ejus parte, cum scelestâ Divini Numinis & Nominis profanatione, interposita fuerit, & non adimpleta. celeberr. Dn. Homborg. *Resp.* 30. pag. 152. ibi: *Das R. versprochen: So wahr GOTT ihme helfen solte / zu rechter Zeit / nemlich den 12. Martii, Anni curr. unfehlbare und richtige Zahlung zuthun; so aber auch nicht geschehen; sondern schändlich erlogen.* Ubi tamen nec illud præterire debemus, quòd tali emptori, qui paratum se nummum ad manus habere dicit, & solutionem incontinenti promittit,



ne quidem fides de pretio habita, licet talis fraudulenta illius intentio probari non posset, tamen intelligatur; prout latè, ex Baldo, Vasquio, Menchaca, Bertazzolio, Gratiano, & Gizzarello, statuminat Hermosilla, ad Gregor. Lopezij LL. partitas, glossa 1. L. 28. tit. 5. part. 5. ubi addit, quòd, licet Venditor expressè confessus sit, se pretium recepisse, si tamen id ei non fuerit numeratū, ipse ne tūm quidem de pretio fidem habuisse credendus sit. Ansaldo de Ansaldis, de comerc. & mercat. Disc. 1. n. 21. Marc. Ant. Sabelli, in summa divers. tractat. §. Venditio. n. 4. Si, 5to, talis Emptor, non solvendo existens, per literas cambiales, Venditoribus, ad promptissimam, pro mercibus sibi venditis satisfactionem, in speciem, paratissimum sese ostendet; sed inspectò effectu, dūm penitus nihil ex iisdem obtineri potest, omninò inanes; Vel literas Cambii sibi insinuatas, sine justa ratione, protestando remittat; si in nundinis, tempore præstandæ solutionis, in der Zahlwoche/ nusquam compareat; verūm invisibilium latebras quærat: Si, 6to, ipsius in aliquo Loco repositæ Merces, à quibusdam Mercatoribus, sibi vigilantibus, arresti vinculo jam esse constrictæ; ipse verò nihilominus copiosas, vel magni valoris merces, ubi ubi potest, ad credentiam comparet: De cujusmodi fraudatore his specificis in terminis, ità Dominus Homborgius: Dises ist nun seine tägliche Weise gewesen/ denen Leuthen so fort Wechselbrieffe außzustellen; und besage Herrn St. erhaltener Wechselbrieffe versprochen/ so wahr ihme Gott helfen sollte/ zu rechter Zeit richtige Zahlung zu thun; so aber auch nicht geschehen. Ja er ist invisibilis, und auf zumahlige Ampts-Citationes/ weder selbst/ noch sonst/ aufm Ampt erschienen/ und seinen ehrlichen Nahmen mainteniirt/ in dicto Resp. 30. num. 152. & pag. sq. 153. n. 13. verbis: Worauff auch seine wenige und geringe dasige Effecten würcklich mit Kummer beschlagen: Ferner Arrestat in der Braunschweigischen Liechtmess- Messe/ A. curr. unsichtbar geworden: Und einige auf ihn gestellte Wechsel mit Protest zuruckh gehen lassen/ &c. Ad-dant. quæ, de his super Facto consulta, notabiliter respondit Facultas Jurid. Colonensis, apud Richt. part. 1. cons. 63. n. 2. ibi: Wasern ermeldte Brüder Loquiel die/ vor ihre eigene Schuld/ gezogene Wechselbrieff/ eines theils unbezahlt/ und andern theils mit Protest unacceptirt zuruckh gehen lassen/ auch sich selbstē erkläret haben/ daß sie/ unvermögenheit halber/ keine Zahlung thun können/ und aus solchē ursachē von den Franckfurter Messen absentirt &c. Si, 7mo, publicus Officialis suam, quam ratione officii administrat, pecuniam, sein Amptsgeld/ in suos proprios suos converterit,

activa



activa suæ Administrationis Capitalia seu Nomina, Debitoribus, iisdem devinctis, resignaverit, paratamq; ab illis pecuniam acceperit, & e contra quotannis, quasi illa necdum, per solutionem, extincta essent, usuras, vel annues ex illis Reditus, ex proprio marsupio, Rationibus intulerit. De quo Dn. Præses, in dicto consil. 26. num. 167. & seqq. In omnibus siquidem hujusmodi Casibus rectissime dicitur, quod, præsuppositò tam malo Initio, & malò Effectu postea sequutò, etiam mala Emptoris præsumatur Intentio; ut bellissime Gratianus, *Discept. forens. cap. 967. num. 10.*

## §. XXII.

Proportò Iſi etiam ex aliis Conjecturis contra talem Emptorem probari possit Consilium Fugiendi, aut Decoquendi; ut loquitur Fontanella, de *pactis nuptial. claus. 7. gloss. 2. part. 9. num. 37.* Gutierrez. *pract. Qq. lib. 5. Q. 97. n. 6.* Hermosilla, in *addition. ad Gregor. Lopetij LL. partitas, L. 38. tit. 5. part. 5. glossa 1. num. 15.* Straccha, *part. 3. de decoctorib. num. 31. ibi: Qui, cum jam consilium fugiendi inivisset. Sive Animus decoquendi & fidem frangendi, verbo Petri Barbosa, ad L. 22. §. ult. n. 39. sol. matrim. sive Fidem frangendi & Pretium non solvendi; Sabelli, in d. §. Venditio. num. 5. seu Venditorem decipiendi, Dn. Lüder. Menke, ad  $\pi$ . tit. de action. empti vend. pag. 267. seu, ut alii loqui amant, Fugæ Præmeditatio; Joh. Anton. Mangilius, de *evictionib. Q. 41. num. 1. & 5.* Hartmannus Hartmanni, *pract. forens. lib. 2. tit. 27. observ. 16. num. 9. ibi: Nisi forte Emptor, tempore venditionis, incepisset fraudem fugiendi; Daß er schon zeit des Kauffs damit umbgegangen/wie er sich in die Flucht begeben möchte. Richter. Decis. 87. num. 8.* Tunc quòd pariter, de Animo Venditorem suarum rerum pretio fraudandi, sufficiens Judici, ad hos effectus, ut illarū Dominiū à Venditore non discessisse, & in talem Fraudatorem non translātū habeatur, earumq; Vindicatio admitti debeat, Conjectura pateſcat, nihil dubii relinquit doctrina Gailii, *lib. 2. Obs. 15. ibi: Jam antea Cessionem, vel Fugam præcogitavit; ibidemq; Fabricii, in addit. Anton. Matthæi, de auctiõibus, lib. 4. cap. 18. n. 14. pag. 217. ibi: Neque fugam meditatũs fuerit. Idq; sive actualis ipsius Fuga, vel Decoctio, aut Cessio confestim sequatur; de quo in individuo Lambertus Goris, ad *commentat. Friderici à Sande de effestuatione, cap. 5. n. 22. verbis: Altera exceptio erit in eo, qui, per effestuationis actum accipiens, animo jam antea meditatũs fraudem, statim***

tim



tim, atq; tradita res est, conturbatis Rationibus, foro cedit, ac fugam arripit. Grivellus Decis. Dolana 56. n. 8. ibi: Et Emptor illarum, jam ante traditionem fugam meditatus, statim, traditione factâ, solum vertit. Mercurialis Merlinus, de pignor. & hypoth. lib. 4. tit. 1. Q. 41. num 14. illic: Quando Mercator, qui emit merces, statim cedit foro, & sic versatus in Dolo. Alexander Tartagnus, ad L. 22. §. ult. num. 5. sol. matrim. seu post aliquot Dies, Merlinus, d. l. vel post aliquot Hebdomadas, aut integros Menses, imò etiam, pro prudenti circumstantiarum trutinazione, post longius Tempus; per superius firmata, & mox porò firmanda. Potens namque hæc ipsa, quæ ex Fugæ, vel Cessionis præmeditatione, si illarum alterutra actualiter subsequatur, Animi, Meribus & Pretio venditorem fraudandi, Conjectura vocatur à laudato Mangilio, de evict. Q. 41. n. 15. Hincq; ita Amplissima hujus Eberhardinæ Facultas Juridica, in dicto Resp. Francofurtum transmissio: Nus welchem als ihm sich auch ferner ergibt / daß / wann man auch gleich eben diese Befugsame / die einem dergleichen verdorbenen und betrieglichen Gesellen / als Er gewesen / auff Credit oder Borg verkauffte / und an ihn überlassene Wahren zu vindiciren / nach derjenigen Ddrum effato beurtheilen und examiniren wollte / die da sagen / quòd hæc ipsa vindicandi facultas tunc demùm locum habeat, si emptor dolosus vel jam antea Cessionem, aut Fugam nequiter cogitaverit; vel statim post factam venditionem, vel non Diu pòst fallat; sic, ut Dolus ejus malus, sive Animus fraudandi aliundè, quàm ex sola Emptoris Paupertate, probari debeat; ut ex Baldo, Alexandro, Paulo de Castro, Campegio, Ripa, Cæpolla, & aliis, hanc in rem commentatur Matthias Berlichius, part. 1. concl. 64. n. 58. ibi: Si quis alicui doloso rem vendidit, & habitâ fide de pretio tradidit, qui jam ante Cessionem, vel Fugam nequiter cogitaverat; vel statim post factam Venditionem, vel non Diu pòst fallit. Michael Beutherus, de prelat. creditor. lib. 1. cap. 18. pag. 27. verbis: Wann ein Betrug oder Dolus mitunterlassen / und der Käuffer zuvor Cessionem vel Fugam nequiter medirt hätte / so ist die Traditio & habitâ Fides, tanquàm in Emptorem dolosum collata, nicht kräftig; sondern hat der Verkäuffer, in concursu creditorum, allerdings auff seinen Wahren den Vorzug. & pag. 28. b. illic: Wann der Käuffer / zu der Zeit / da ihm das verkauffte Guth überschickt wird / allbereit nicht solvendo, auch bey sich beschloffen / seiner Unvermöglichkeit halber

H

halber



halber außzutretten / und abseiten zu bauen. Quod indè constanter præsumitur, wann der Käuffer / in weniger Zeit oder Tagen / nach empfangener Wahr / sich aus dem Staub macht. Anton. Negusantius, de pignor. part. 5. membr. 2. n. 9. in fin. ibi: *Dicta decisio fallit, quando ille mercator, qui emit merces, prius præconceperat fugam.* pag. nobis. 362. cum Molinæo, Mollero & aliis, Andr. Rauchbahr, *Qq. illustr. part. 1. Q. 6. n. 9.* Brunnemann, ad L. 12. n. 4. verbis: *Si emptor animum decoquendi habeat, rei Vindicatio tamen competit: Quod intelligendum, si modo Dolus aliunde, quam ex Paupertate, probari possit.* Cod. de rei vindic. Jedoch auch nach diser Rechtslehrere gedanken solche rechtliche Facultas die vorhandene Wahren zu vindiciren dem Imploranten Herrn Franzen von F. nicht abzustreichhen sey / &c. §. XXIII.

Idemq; de aliis, non minùs urgentibus & vehementibus, Conjecturis judicium ferendum nemo facilè, credimus, inficias iverit. Cùm enim Decoctorum, suo proprio vitio, vitæq; sumptuosâ atq; luxuriosâ in hunc statum delapforum, tot ferè sint Fraudes, ut vix dici aut enumerari queant; advertente in talibus versutiis versatissimo Benvenuto Straccha, part. 3. de decoctorib. n. 35. ibi: *Sed quoniam tot sunt decoctorum fraudes, quot vix dici aut enumerari possunt;* proindè facillimè Præsumptio Fraudis contra ipsos exurgit, omnisq; contra ipsos Conjectura increscit, Straccha, cit. loc. n. 39. ceu non melius, aut benignius, quàm Furum, Prædonum, Raptorum, Latronum, tetra nomina promerentes, quippe qui sæpè diu non fanè de propriis; sed suorum creditorum, & hujusmodi Venditorum bonis, non tam animo emendi, quàm furandi ablatis, sumptuosam & luxuriosam (quam descriptam videre est ap. Dn. de Lyncker, *Resol. 228. pag. 334.*) vitam agere adsolent. Conferant, omninò Consill. Argentorat. in vol. novo, à Schiltero publicato, *Resp. 173. pag. 1246.* ubi ex Hotomanno, Scuterero, Wagnero, & præprimis ex *Ordinat. Imper. polit. de Ao. 1548. & 1577. tit. 23.* in numero Furum illos esse pronunciat; qui proindè, per LL. Hispaniarum, ut publici Latrones, eidem cum illis supplicio subjacent; autoribus Covarruvia, *varr. resoll. lib. 2. cap. 20. n. 14.* Johanne Vela, in tract. de delict. part. 2. cap. 6. n. 32. Gutierrezio, *præct. Qq. lib. 1. Q. 1. n. 4.* Pichardo, in *manuduct. ad prax. part. 3. §. 4. n. 45.* plenaq; manu de his dispiciente Laurentio Matheu & Sanz. de *re crimin. controv. 39. n. 30. 35. 36. & seqq.* ubi addit, quòd etiam summa Æquitas Pii V. Pontificis pariforme decretum, quò similiter capitalis pœna contra illos decernitur, eidem

extor-



extorserit. Cujus etiam honorificam mentionem injiciunt Farinacius, *Q. crimin.* 28. n. 33. Cortiada, *tomq.* 2. *Decis.* 70. n. 33. *cum seqq.* Didac. Frances Urrutigoyti, in *compendio Juris*, *Q.* 82. *præcipue* n. 4. & 9. Sigism. Scaccia, de *commerc. & camb.* §. 7. *glossa* 5. n. 149. ubi dicit, quòd tales fraudulentè Decoectores, qui, propriis suis bonis, non adversa fortuna, seu fortuitis casibus, hostiumve incurfu, marisq; vel alia consimili injuria; sed sua propria prodigalitate, negligentia, luxu, & voluptatibus, penitus dilapidatis, tandem suos creditores bonorum cessione deludunt, in modò laudata Pontificia sanctione latronibus & furibus æquiparentur, eidemq; cum illis pœnæ subjiciantur. Quibus plura addi possunt ex Dn. Lauterbachii *Diss. de jure in curia mercator usitato*, th. 257. Rectissimè namq; Baldus: Decoctor est. Ergò Fraudator est; notante Straccha, de *decoctoribus*, part. 3. n. 1. Rota Genuesi, *Decis.* 2. n. 34. Philippo Castaldo, *consult. for.* 136. n. 1. ubi etiam de eo disquisitum videre est: An Decoctio, in dubio, ex proprio ipsius decoctoris vitio & culpa, vel potiùs ex adversâ fortunâ profecta censenda sit? *num.* 28.

§. XXIV.

Planè quòd non qualiscunq; seu tralatitius, ab Emptore, in tractu cum alio celebrato commissus Dolus, vel Mendacium sufficiat; sed dolus ad hoc, ut fides de pretio emptori habeatur, directus & applicitus, sive Fidei habendæ conciliativus, sicq; satis singularis necessarius sit, elucescit ex illis, quæ specificè de his annotat Ulr. Huberus, in *comentario ad tit. π. Qui potiores in pign. habeant.* §. 3. ibi: *Addit*, inquiens, *Thomasius ad position. nostram l. h. t. idem jus habere eum, qui fidem quidem habuit, sed ad habendam fidem dolo inductus est; quod potest admitti, si Dolus valdè singularis, atq; NB. ad eam rem applicitus fuerit; quemadmodum Gailius, d. l. si, cum tempore Venditionis jam erat non solvendo emptor, jam antea sessionem, vel fugam præcogitaverit &c. Quod si alias tralatitio dolo, mendacioq; fidem emptor sibi fecerit apud venditorem, non dixerim, ubicunq; Dolus aliquis argui potest in emptoris persona, dominium rei venditæ esse reservatum, maximè, si non modo in concursu creditorum; sed etiam contra Tertium, rei vindictio sit exercenda; quemadmodum res fide non habitâ venditas, ubiq; locorum, in nundinis & aliis mercatibus vendicari posse docet Gailius, d. loc. Pone ergò, emptorem, dolosa sua persuasione, venditori, in hoc saltim, imposuisse, quòd Hostis propediem ad portas futurus sit, quòd Hæreditas,*



quam ambit vafer aliquis empturiens, tanquam multa inidonea seu inexigibilia complectens nomina, non adeò magni pretii sit; quòd alii, eandem rem pariter ambientes, sive emere parati, sublestæ sint fidei, vel valdè difficilis exactiois, & quæ aliæ innumeræ, præprimis in emptionis frequentissimo contractu intercedere possunt, astus, artes & technæ, & creberri-  
mè insignes, quas appellat *Lex. 7. §. ult. de dolo malo*. Calliditates, quibus emptor venditorem quidem ad rem sibi vendendam, quam fortassis aliàs, semotà nimirum fraudulentâ hujusmodi, & planè causam tali Venditioni dante, Persuasione, venditurus non fuerat; sed non etiam ad fidem de pretio habendam induxit & movit; in his equidem speciebus, licet Venditor Emptori, ceu per aliquot annos, pro mercibus ei venditis conventa precia, bona fide & celeriter exolvere solito, fidem habuerit; tamen talis calliditas, sive callida persuasio, ad annullandam, unà cum Emptione, etiam Traditionem, ipsamq; Fidei habitationem nihil penitus operabitur.

## §. XXV.

Sed quid tandem de illa Bartoli theorica, ad *L. Siquis, cum haberet Titium creditorem, & sciret, se solvendo non esse. 15. ff. de his, que in fraud. cred.* ubi dicit, quòd Debitor, in fraudem fecisse, hoc ipsò, probetur, quòd scit, se habere creditores, & simul quoque scit, sua Bona non sufficere, in proposito sentiendum? Anne ergò etiam sola Emptoris Insolventia, ipsi benè & plenè perspecta seu cognita, etiamsi de ipso Animus fraudandi, seu dolosa venditorem suis mercibus fraudandi Intentio aliundè probari non possit, nihilominus sufficiet? Et tamen ad hanc valdè arduam Quæstionem, sine scrupulo, negativè respondendum videatur, cum non unus ex nostris primiceriis sic loquatur, quòd Rei ad credentiam venditæ Vindicatio non aliter obtineat, quàm si emptor animum fraudandi habeat, & Dolus illius aliundè, quàm ex solâ ipsius Paupertate, probari valeat: jungatur pro pluribus B. Brunnemannus, ad *L. 12. num. 4. Cod. de rei vindic.* tamen nulli dubitamus, quin etiam sola Mercatoris, vel cujusvis alterius Emptoris Insolventia ad hoc sufficiens sit; modò illa simul prorsus indubitata, & ex propriis libris hujusmodi Mercatoris, vel privatis alterius Emptoris Rationibus, penitissimè ei Cognita, neq; ulla porrò Spes pinguioris fortunæ, vel novarum facultat-



cultatum Acquisitionis, ei reliqua sit, undè fidem liberare, & à gravi, quò premitur, are alieno, per omnem vitam se eximere valeat; & è contra Venditorem hæc omnia lateant. Talis namq; Mercator, si, intimè licet gnarus prorsus exinaniti patrimonii sui Statùs, nihilominùs pretiosas, vel plurimas merces ad credentiam coemat, quarum pretiis bona fide venditori solvendis se se nunquam suffecturum penitissimè perspicit, ab animo fraudandi, talesq; merces potiùs surripiendi, quàm reverà emendi, liberari non potest; qualescunq; pro illo Æquittatis. vel alii. afferantur colores. Quibus consequens est, ut, tametsi ipsius actualis Decoëtio, Bonorum Cessio, Fuga, vel Latitatio non incontinenti; sed post plures demùm Dies, Septimanas, vel Menses, imò planè post Tempus satis longum subsequatur; tamen ista æquissima tales res vindicandi facultas Venditori denegari non debeat: Prout in individuo definitum videre est apud Carpzovium, *J. F. part. 1. C. 28. Def. 18.* ubi ita Scabini: *Ob Ihr nun gleich Käuffert die Engländische Lacken tradirt/ und ihm die Kauffgelder auf gewisse Zeit gestundet: Dieweilen Er dennoch NB. allbereit zur Zeit geschlossenen Kauffs nicht solvendo, NB. und also (das ist/ Eben darumb/ weil er damahls bereits nicht solvendo gewesen.) Euch zu hintergehen gemeinet gewesen; so hat er auch/ durch die beschehene Tradition, das Eigenthumb deren von Euch verkauften Wahren nicht erlangt; sondern es ist dasselbige bey euch verblieben: Derowegen Ihr euch an solche/ als euer propre Guth/ nochmahls zu halten wohlbefugt/ und sie werden euch/ vor allen andern Glaubigern/ billich abgefølget. Et in Def. 19. ubi ita similiter: Dieweil Er aber/ zur Zeit/ als er die Leinwand erkaufft/ allbereit nicht solvendo, NB. Und also (weil er nemlich gewußt/ daß er nicht mehr zahlen könne) seinen Verkäufer vorsätzlich zu hintergehen/ und zu betriegen gemeint gewesen/ so hat Er/ durch die beschehene Tradition, derselben Dominium nicht erlangt. Itemq; apud Mevium, *part. 6. Decis. 93. n. 14. & 15.* ubi optimè ita: Non transit, inquit, Dominium in emptorem, si dolo inductus sit Venditor ab emptore ad contrahendum, qui NB. indè arguitur, si tempore Venditionis jam non fuerit solvendo: Fraudatio namq; vel Decoëtio NB. instans facit, ut non transferatur mercium venditarum Dominium; sed integra existat Venditori, ut suarum, Vin-*



dicatio. Id quod NB. in Emporiis ubiq; servatur. Quibus convenienter & valdè notanter ita eruditissimus in summo Concilio Neapolitano, quoad viveret, Regens Donatus Antonius de Marinis : Quamvis, inquit, ab omnibus recepta sit conclusio, ut, super pretio mercium habitâ fide, Creditores anteriores emptoris, qui decoctus est effectus, præferantur ei, qui merces vendidit, & qui pro consequitione pretii instat; ut benè hoc procedat, si Decoctio emptoris mercium post contractum subsequuta sit; quia, si NB. tempore Contractûs Emptor ille erat decoctus sive Decoctioni NB. proximus; id quod à Venditore ignorabatur: Hôc enim casu, super pretio illarum mercium, Venditor indubitanter cæteris anterioribus creditoribus præferetur; quamvis venditio mercium fuerit facta habitâ fide de pretio, in *Resoll. Jur. lib. 1. cap. 260. num. 8.* Eandemq; sententiam suo etiam suffragio, cum DDibus, comprobat Benvenutus Straccha, de *decoctorib. part. 3. num. 33. & seqq.* præcipuè in verbis: Ut scias horum fraudes detegere, & clientulis tuis benè consulere, confugito ad Bartolum, in *L. Si quis cum haberet. ff. de his, quæ in fraud. cred.* Ait enim, Debitorem in fraudem fecisse, NB. hôc ipsô probari, quòd Debitor scit, se habere Creditores, & scit, sua Bona non sufficere. Probat autem, Creditores aliquem habuisse, si ipsemet contraxit, quoniam facti proprii non potest ignorantiam prætere. *L. Quanquam. ff. ad Scetum Vellejan.* Modus etiam probandi, quòd quis sciret, sua Bona Creditoribus non sufficere, habetur ex commentariis ejusdem Bartoli, in *Authent. Sed cum testator. Cod. ad L. Falcid.* Novissimè in materia Fraudum illud addendum est, Præsumptiones & Conjecturas, in hujusmodi, pro legitimis probationibus haberi; & videlicet Jasonem, in *consil. 141. vol. 4.* qui eleganter loquitur, & contra Decoctores omnem Conjecturam crescere. Hucusq; Straccha. Addatur omn. post Gizzarell. *Decis. 62.* Joh. Bapt. Card. de Luca, in *theatro veritat. & Just. tomo 3. tract. de societate officii, Disc. 1. num. 8.* verbis: *Si emptor, de tempore emptionis, erat decoctus, vel decoctioni proximus, in scio Venditore, qui, bonâ fide, illum putabat idoneum ac fidelem, tunc, propter deficientiam NB. Consensus vendendi, fidemq; habendi, non transfertur dominium, atq; Venditor est potior in suis mercibus.* Ansaldo de Ansaldis, de *comercio & mercatura, Disc. 5. num. 16.* cuius verba, cum non sit in omnium manibus,

nibus,



nibus, & de ista materia ex professo commentetur, ut hîc pariter reddamus, vel maximè operæ pretium ducimus. Ille ità : *Quòd verò NB. longè priùs lateret hujusmodi Decoctionis, & foret intrinsecè præparata, nullatenùs controverti posse existimarem, quia non constat, quòd Paulinis & Quaratesis acciderit aliquod improvîsum Infortunium, exempli grat. Naufragium alicujus Navis, super qua Merces, vel Pecunie ad ipsorum commodum spectantes veherentur, neq; quòd aliquis eorum Corresponsalis, cui Quantitatem ingentem credidissent, defecerit; imò ex iisdem libris seu Bilanciis eorundem de Paulinis & Quaratesis, ex mihi præsuppositis, innotescit, quòd etiam de tempore conscriptæ Epistolæ, sub die 24. Februar. effecti fuerint insolvibiles, & consequenter Decocti; quemadmodùm hanc Justificationem ex libris admisit Rota Genuensis, Decis. 168. num. 4. Decoctionis siquidem, & mutatio Status debitoris cum per Conjecturas, arbitrio Judicis remissas, comprobetur; ex Glossa, in L. Si fidejussor. §. ult. ff. de his, qui satisdare cogant. ibiq; Baldo, & Jafone, num. 25. & post Cardinalem de Luca, de regalib. Disc. 115. sub num. 11. vers. Primo casu. Urceolus, de transaction. Q. 34. num. 8. vers. Circumscriptis. & num. 9. inter alias Probationes NB. potissima illa est, quando, per pen- sis facultatibus, constat, aliquem esse insolubilem; ut per text. in L. Solvendo. ff. de Verb. obligat. & Jafone, in §. Fulloni. in fin. Inst. de Oblig. que ex del. nasc. Mascardo, de arbitrar. lib. 2. centur. 1. casu 87. num. 13. quem refert & sequitur Rocc. in tract. de decoct. mercatorib. ex num. 15. usq; ad 18. tomo 2. Cum itaq; , perspecto quoq; tempore, nedùm Acceptationis; sed etiam primæ Epistolæ, conscripta sub die 24. Febr. non solum ex præmissis habeatur comprobatio simplicis Deteriorationis; sed positivæ, quamvis non declaratæ, Decoctionis, idcirco potuisset fortè præordinata hæc Decoctionis non attendi, sub eâ satis vivâ Ratione, quam egregiè deducit Cardinalis de Luca, dicto Disc. 25. num. 8. & , eo relato, Carolus Antonius de Luca, ad Franchi Observ. 303. n. 5. scilicet, quòd semper Decoctiones longas habeant præparaciones, & nimis de raro sequantur in instanti. Undè nunquàm foret verificabilis sententia illorum, qui tenent, Decoctionem sequutam non eximere acceptantem ab obligatione suscepta. Nihilominus quando, prout hîc, Debitum vel Creditum ex nulla parte concurrat,*

nulla



*nulla dabitur doctrina, qua in hoc casu obliget acceptantem ad solven-  
 dum; imò repugnat Rationi & Æquitati. Foret namq̄, patrocina-  
 ri Dolo manifestissimo ejusdem Decoctoris, qui, NB. Sciens  
 propriam fortunam labentem, circumveniret absentem Ami-  
 cum & Corresponsalem; & tamen, cùm inter dantem & acceptan-  
 tem Literas Cambij geratur contractus bonæ fidei, iste non tenet, ubi cau-  
 satur dolo alterius ex contrahentibus &c. Hucusq̄; Ansaldo. Addatur  
 etiam, post Baldum, Angelum, Romanum, Alexandrum, Cæpollam, Ne-  
 gusantium, Campegium, Molinæum, Mudæum, Fabrum, & Gailium, his  
 gemina definiens Ernestus Cothmannus, vol. 1. Resp. 40. num. 24. ubi di-  
 cit, DDres concorditer scribere, quòd, etsi fides de pretio sit habita; ta-  
 men dominium rei venditæ & traditæ non transferatur, si NB. Eventus  
 doceat, Emptorem dolo fecisse, & Venditorem decepisse.  
 Dn. Thomafius, in annotat. theorico-pract. ad Strauchii diff. 16. th. 36. ad  
 verba: *Aut fides habita.* ibi: *Quodsi Dolus malus causam dederit fidei  
 habende, nec tunc dominium transit, ut: Si Emptor sciat jam Tem-  
 pore Traditionis, se non esse solvendo.* Hunnius, encyclop. Jur.  
 univ. part. 3. tit. 14. cap. 4. num. 9. illic: *Is verò, tempore Venditio-  
 nis, solvendo esse desierit.* &c. cum Cassadoro & Mascardo, Grätianus,  
*Discept. forens. cap. 967. num. 12. verbis: Et cùm Debitor sciret suam  
 Deteriorationem, & vires patrimonii sui exinanitas, & ad ni-  
 hilum redactas, non potuit postea emere à Paulo, absq̄, tali Certio-  
 ratione; (Quòd ipse non amplius solvendo sit.) quâ non factâ Do-  
 lus & Fraus in eo est præsumenda. Imò, cùm sciret Debitor,  
 se non esse solvendo, & promiserit, se soluturum merces em-  
 ptas, magis arguit Dolum.* Brunnemann. de processu concursus cre-  
 ditor. cap. 5. §. 7. in verbis: *Vel fidem habuit; sed fraude Emptoris indu-  
 ctus, ut venderet, & Emptor tunc non solvendo existat, tunc ven-  
 ditor rem à tertio possessore vindicare potest.* Idem, ad L. 3. n. 2. ff. de pignor.  
 act. Dn. Joh. Georg. Fleckius, in bibliotheca Jur. civ. lib. 2. tit. 2. n. 64.  
 pag. 44. ibi: *Notandum est, quòd Emptor dolosus, qui, tempore solutionis,  
 non erat solvendo, rem emptam ac traditam sibi non acquirat.* Dn.  
 Homborg. d. Resp. 30. pag. 154. n. 14. verbis; *Da nun ob angeführte Fa-  
 cta also beschaffen sind/ daß darauf wohl möge geschlossen werden/ gestalt  
 Debitor**



Debitor R. zur Zeit des errichteten Kauffs der quaest. Cillff Fässer Brantenwein nicht mehr solvendo gewesen sey / und also ( id est, eo ipso, quòd hoc scivit) seinen Verkäuffer vorsätzlich zu hintergehen und zu betriegen gemeinet / so hat er das Dominium sothaner Fässer Brantenwein nicht erlanget ꝛc. Petrus Stockmannus, in *Decis. Brabant. Decis. 93. num. 4.* ibi: Vidi, ait, non semel NB. judicatum secundum Venditores, NB. maximè si non diu post res emptas lapsus sit facultatibus emptor, quia creditur jam Tunc, cùm emeret, scivisse, (Non Autorem suum, ut ibi legitur; sed) se non esse solvendo, & NB. consequenter (Sola igitur Insolventiæ certa scientia ad probandam Emptoris Fraudulentiam sufficit) dolosè obtinuisse traditionem absq; solutione. Unde, etsi apertè habita fuisset fides de pretio; quia tamen Dolò hoc procuratum esset, eo loco foret res, ac si non fuisset fides habita, & merx non tam intelligitur tradita, quam fraudulenter extorta. Henr. Petr. Haberkorn, de concursu creditor. cap. 2. n. 35. verbis: Secus tamen est, si Emptor fuerit fallitus, & NB. scivit, tempore Venditionis, se non esse solvendo: Quia tùm Dolus habenda fidei causam dedit. Cujus sententiam quòd Antonius à Mara, ex eo, quòd, licet Emptor tempore celebratæ venditionis sciat, se non esse solvendo, ipse tamen venditorem ad vendendum non inducat, & propterea Venditio non sit nulla; sed valida, ceu non dolo inductivo; sed tantùm incidente facta, per L. 1. L. 11. §. 5. L. 13. pr. & §. 1. de action. empt. vend. incassum impugnet, in suo tract. de concursu creditor. lib. 1, tit. 2. §. 54. & 55. infra commodiore videbimus loco.

§. XXIII.

Et ex omnibus illis, quas proximè præmisimus, solidissimis Ddrum considerationibus etiam hoc à compluribus advertimus adstrui, quòd Alternativè, vel talis Mercatoris, aut alterius Emptoris subitanea Fuga, vel Cessio Bonorum illicò subsequuta; Vel hoc solum, ut certò atq; indubitanter constet, ipsum, jam Tempore Emptionis contractæ, revera non amplius solvendo fuisse, ad dolum ejus Animum præsumptivè probandum sufficiens sit: Modò etiam ipse hanc suam Insolventiam, suarumq; facultatū exinanitionem perspectissimam habeat; neq; ulla ei justa & probabilis Spes undecunq; adfulgeat melioris



nis fortunæ, oder daß er in specie auch aus denen erkaufften Waaren ein merkliches f. v sich und seine Creditores zu profitiren wahrscheinliche und billiche hoffnung gehabt/ oder sich machen können; ut videre est apud B. Brunnemann, ad d. L. 3. §. 3. ibi: Qui sciens, se non esse solvendo, rem emit, venditorem re privaturus, non accipit dominium &c. & ibi: Possit quis sine dolo accipere, ea spe fretus, multum hac re lucraturum &c. B. Dn. D. Bardili, exerc. ad prior. w. part. exerc. 32. concl. 9. ibi: Dolosa Venditoris Inductio, ex eo, presumitur, si Emptor, tempore Venditionis, non fuerit solvendo, NB. aut post factam Venditionem, bonis cessit, ac fugam arripuerit brevitempore, &c. Dn. Strykium, de fide habitâ, cap. 4. n. 20. verbis: Arguitur autem hic Dolus ex eo, quod Emptor, tempore Venditionis, jam non fuerit solvendo, NB. aut mox post factam Venditionem, bonis cesserit, ac fugam arripuerit. Mevium, part. 6. Decis. 193. num. 14. & seq. verbis: Dolus inde arguitur, si tempore Venditionis jam non fuerit solvendo, aut post illam mox bonis cesserit &c.

§. XXVII.

Et ut tandem hunc arduum, & sumè momento sum articulum claudamus, de hac ipsa palmaria & potissima Quæst: Quantû Temporis Interval- lum inter talem Emptionem, ex parte Emptoris fraudandi animo, five ex Insolventia illius Temporis, five ex subsequente ejus Decoctione, five alia ex Causa arguendò, contractam, & subsequentem ejus Latitationem, Bonorum Cessionem, vel turpem Fugam intercedere oporteat? pro statuminando arbitrario Tempore, five Termine prudentis & circumspecti Judicis Arbitrio relinquendo, duntaxat unicum, idemq; à Majoritate Rationis depromptum, argumentum subnectimus; huic nimirum valentissimo ratiocinio innixi: Si ad stabilien- dum hunc longè majoris momenti effectum, ut quis Decoctioni Pro- ximus dicatur, & propterea eadem, quæ in illo, qui jamjam actuali- ter, vel si mavis, totaliter decoxit; Jura pariter obtineant, & præcipue omnia illius Pacta, Contractus & Actus, ex hoc principio, quod U- terq; pro civiliter mortuo reputetur, pro omnimodò nullis & inva- lidis habeantur, (Jungat Urceolus, de transact. Q. 34. n. 2. & seqq. Scac- cia, de commercio, & camb. §. 2. glossa 5. n. 329.) non præcisè vel Decen- dium



ditum, vel Quindecendium usq; ad actualem ejus Decoctionem; ut in Rota Romana coram Buratto, *Decis. 9. & recentior. Deco. part. 15. Decis. 85. n. 14. & Decis. 295. n. 329.* quaesitum fuit; neq; etiam XX. vel XXX. Dierum, seu Mensis spatium; quod attendit Supremus Valentiae Senatus, recitante doctissimo Cardin. de Luca, in *tract. de regalib. Discursu 115. n. 11.* multoq; minus solum Tridui, vel aliud valde modicum Tempus; de quo Rocc. *tr. de decoct. mercator. notab. 37. n. 108. & seqq. post. 2dum vol. consilior. in oculis habendum:* Neq; etiam specialibus Locorum Statutis inducta Tempora, v. gr. unius duntaxat Octidui, per Statutum Civit. Anconitanæ specialiter comprobati, recensente laud. Card. de Luca, *c. l. vel integri Anni,* à cujus initio usq; ad subsequenter Decoctionem omnes talis Candidati, sive proximè decocturi Scripturas & Confessiones pro invalidis & simulatè compositis habendas disposuit Rota Romana, in *recentior. Deco. parte 13. Decis. 308. n. 10.* vel totius Quadriennii; prout Bononiensi Statuto cavetur, relato à Bicchio, *Decis. 627.* Card. de Luca, *c. l. Urceolo, de tract. Q. 34. n. 7.* Addant. quæ habet Hier. Grat. in *Deco. Rota Bononiens. Decis. 63.* præcise spectari, & ad alia quoq; Loca, ditiones, provincias, ullatenùs perri gi debent, vel valent: Sed in hoc quoq; summi & maximi ponderis, articulo legaliter determinando, rem omnem prudentis & religiosi Judicis arbitrio relinqui oportet; ut in puncto decidit frequenter laudatus Cardinalis de Luca, *dicto Discursu 115.* in hisce notatu dignissimis verbis: Quicquid nostri Dñes Variet, Veritas esse videtur, certam Regulam tradi non posse; sed totum repositum esse in prudentis Judicis arbitrio, ex singulis Facti Circumstantiis regulando. *Multoties enim Casus Decoctionis est talis, quod etiam per plures Menses, à Creditoribus, & aliis cum mercatore contractantibus prævidetur; & multo magis ubi agitur de actibus ab ipso Decoctoro gestis ad favorem Uxoris, Filiorum, seu aliorum Conjunctorum, in Creditorum fraudem & supplantationem, quia ut plurimum isti infames & per diti homines, de eorum. (sive suo) Statu bene conscii, cum fallacibus apparentiis, negotiatores eludentes, per annos, eorum (seu suam) futuram Decoctionem prævident, ita, ut, quo magis affectant pompas & apparentias, eo magis augeatur suspicio. Multoties vero etiam ipsis Decoctoris, aliisq; negotiantibus Casus contingit novus, ita, ut Actus etiam per Diem, vel Horam antea gesti, bonæ fidei, & in*



statu habili censendi sint, quia nempe Casus proveniat ab insperato in-  
 fortunio, naufragio mercium, sive Decoctionis alicujus mer-  
 catoris vel Corresponsalis, in diversa Civitate, vel Provincia com-  
 morantis, ex quo ultimo casu probatissimos & satis idoneos mercatores,  
 scio, pluries innocenter propria decoctionis damnum & injuriam passos esse:  
 Sive ex morte naturali ejusdem mercatoris, alioquin probi &  
 idonei, ob pecuniarum & bonorum occultationem à conjun-  
 ctis, vel famulis. Unde NB. erroneum dicebam, in ista materia  
 certi & determinati Temporis Regulam dare. Quod ipsum  
 laudati Cardinalis judicium etiam suo suffragio comprobare non dubitat  
 Josephus Urceolus, in dicto tract. de transact. Q. 34. num. 9. Quanto magis  
 & de talibus Venditionibus, quæ cum tali Decoctore, vel Candidato de-  
 coctionis, vel alio fraudulento emptore sunt initæ, idem dicendum erit?  
**Majoritas Rationis** in eo consistit, quia illam Nullitatem omnium ta-  
 lium Contractuum, quos decoctioni saltim proximus celebravit, ex sola  
**Personæ ejus Incapacitate**, Statuta inducunt, quòd videlicet ille pro  
 mortuo habeatur; arg. L. 6. ff. de verb. obligat. L. 4. ff. de cess. bonor.  
 L. 19. ff. de recept. qui arbitr. recep. Nogueros. Allegat. 16. num. 101. &  
 seqq. Burattus, Dec. 9. num. 2. & 3. ibidemq; Ferentillus, in addition.  
 Mercurial. Merlinus, tract. de pignor. & hypoth. lib. 4. Q. 135. num. 4. &  
 30. Salgado de Somoza, in labyr. creditor. part. 1. cap. 14. num. 20. & seqq.  
 Joseph. Urceolus, consult. forens. cap. 61. num. 24. Rota Genuensis, De-  
 cis. 1. num. 41. Scaccia, de commerc. & camb. §. 11. glossa 4. num. 329. B.  
 Dn. Lauterbach, de jure in cur. mercator. usit. th. 256. Sed in tali fraudu-  
 lenter extorta Emptione & Fidei habitione non saltim hæc eadem, si de  
 decoctioni proximo emptore queramus, Incapacitas militat; verum etiam  
**Venditoris**, ceu ab illo decepti, **Consensus omninò deficere**  
 intelligitur; prout denuò advertit Cardinalis de Luca, tract. de societate  
 Officij, Disc. 2. num. 8. ibi: Si emptor, tempore emptionis erat decoctus,  
 vel decoctioni proximus, in scio venditore, qui bonâ fide purabat illum  
 idoneum ac fidelem, tunc, propter deficientiam Consensus ven-  
 dendi, fidemq; habendi, non transfertur dominium, atq; venditor  
 est aliis potior in suis mercibus; ut plenè discussò articulo, & omnibus  
 opinionibus recensitis, probat Gizzarellus, Decis. 62.

§. XXIX.

Deniq; si Decoctores malitiosos (Tria namq; Decoctorum genera  
 notoriè



notoriè DDres numerare, advertit Straccha, de *decoctorib. parte 2. n. 2.* Scaccia, de *comerc. & camb. §. 7. glossa 5. num. 149.*) non alio, quàm furum, prædonumve, & latronum loco habendi sunt; si dehinc severissimis (Licet, Jure Communi, eos mitiùs, quàm Fures, puniendos existimet B. Lauterbachius, de *jure in curia mercator. usit. th. 257.*) complurium Regnorum & Locorum Statuta pœnis in illos animadvertunt, ut superiùs audivimus; si etiam alios fraudulentos Emptores (licet non sint Decoctores: Jungat. Scaccia, de *commerc. & cambio, §. 2. glossa 5. num. 446.* Vincent. de *Franchis, Decis. 55.*) ad hujusmodi emptionem non tam animo emendi, quàm potiùs furandi accessisse dicunt omnes; ut inferiùs videbimus: Et propterea etiam, quicquid hinc rerum agitur, à vitio Furti parum abesse, eademq; hinc Jura, quæ in rebus furtivis, obtinere debere, æquissimè definiunt; arg. *L. 3. ff. de pignorat. act.* Cornel. Neostadius, in *Decis. suprema Curia Holland. Decis. 5.* Simon van Leeuwen,  *censura Belg. for. part. 1. lib. 4. cap. 19. num. 20. in fin.* Respp. Jctor Holland. *part. 1. consil. 245. 285. & seq.* Johannes Voetius, ad *tit. π. de rei vindicat. §. 14.* verbis: *Imò non longè à furti vitio tale factum abest. Et furti vitio non caret res, ita per primum dolosum emptorem, nullo domini jure munitum, distracta, atq; ita consideranda, ac si nec vendita esset, nec tradita; ac proinde idem quoq; quod de rebus furtivis supra dictum, hoc casu debeat obtinere.* arg. *L. 3. ff. de pignorat. act.* Si proinde talis Venditor rei suæ Dominium efficaciter retinet, sic, ut illud ab ipso, nec momento, discessisse; sed constanter remansisse; & dehinc non demùm ex tempore subsequentis Decoctionis, vel Fugæ emptoris, ad ipsum redire existimatur; Richter. *Dec. 87. n. 10.* Dn. Mauritius, *cons. Chilon. 9. num. 27.* Müller. ad *Struv. exerc. 8. th. 31.* Si Juris intellectu talis res neq; vendita, neq; tradita, neq; tali impostori fides habita censetur; si res mobiles etiam aliâ faciliori via, verbi grat. quòd quis, sciens, rem mobilem alienam alteri vendat & tradat, in furtivitatis vitium cadit; & hujusmodi venditor furtum facere dicitur in §. 3. ubi Vinnius, & Alii. *Inst. de usucap.* si facultas tales merces, æquè ac res furtivas, à quocunq; possessore vindicandi conceditur: Quare igitur Venditoribus, tam dolosè fraudatis, hæc omnia æquitatis plenissima Jura tum demùm prodesse, sine ulla, quæ obstat, ratione contendimus, si non nisi paucissimi inter talem Emptionem & Decoctionem dies sint intermedii?

§. XXIX.

Ad stabilimentum contrariæ sententiæ, quòd & Jure Communi



non aliter ista facultas competat, quam si talis Venditio & subsequens Decoectio solo Triduo, Quatriduo, vel unius, ad summum, Mensis spatio, distent, lubentissime profiteamur, nos in libris nostris nullum hujus assertionis observasse vestigium; ut proinde rectissime aureolum illud Romani Consulti: Hoc nec usquam relatum, nec unquam receptum, ex *L. 1. de Senatorib.* ei objiciamus. Quod vero ad illa specialia Hamburgi & Lubecæ Statuta, iisdemq; præfinitum brevissimum illum Terminum, in definiendis hujusmodi litibus, rerumq; Dominis tam facile deneganda justissima illarum Vindicatione, respicere debeamus, nihil vel Rationis, vel Æquitatis, vel in publicum, cum certissima Dominorum pernicie, redundantis Salutis arbitrariur subesse. Nam si rei mercatoriae, & dehinc quoq; publicæ interesse, ex eo, contendere velimus, ut rerum possessio in diuturna incertitudine non relinquatur, non sanè videmus, quòd id tantifaciendum sit, ut ad omnia hucusq; excussa Jura prosternenda sufficiat. Sicut enim hæc Ratio, in tota materia Præscriptionis, ob eandem Rationem, ut incertitudo ipsius Domini, per eandem tolleretur, notoriè inductæ; *Princip. ibi: Ne rerum domini in incerto essent. Inst. de usucap. L. 1. eod.* & specificè etiam in Foro Mercatorum approbatissimæ; juxta ea, quæ legimus apud Anfaldum de Anfaldis, de *commercio & mercat. Disc. 95. per tot.* & Dn. Lauterbach. de *jure incur. mercat. usit. th. 64.* omniumq; expressissimè apud Marquardam, de *jure mercator. lib. 3. cap. 8. n. 49. & mult. seqq.* etiam inter Mercatores nullatenus impedit, quo minus malæ fidei emptione subnixis hoc iniquitatis præsidium denegetur; ut in puncto decidit, ex Pedrocha, Castillo, Cravetta, Bursato, Molina, Mastrillo, Bondeno & aliis, Anfaldus de Anfaldis, *dicto Disc. 95. num. 22.* ità etiam in proposito illa Possessionis sola Incertitudo ad hoc evidentissimum Æquitatis præsidium, ut tam fraudulenter deceptis Dominis non saltem tunc, si Venditio & Decoectio tam angusti & brevissimi temporis spatio distent; sed & tunc, licet hæc Diu post subsequatur, pro religioso Judicantium arbitrio, res suas vindicantibus auxiliatrices manus porrigantur, sine causa præcludendum, haudquaquam sufficere persuasissimi sumus. Et si deniq; nemini cuiquam suus Dolus prodesse; nec decepto obesse; neq; Tertio actionem parere debet; per congesta Barbosa, & ad illum Taboris, *vocab. Dolus. axiom. 19.* quanto magis hoc etiam in Foro Mercatorum, inter quos bona fides, integritas, candor plane exuberare debent, plenis manibus admittendum? ut in simillimis Johannes Marquardus, *dicto lib. 4. cap. 5. num. 6. & seqq.* junctis illis, quæ supra §. 9. à nobis præmissa



§. XXX.

Illud facilius & largissime largiemur, quod hæc ipsa facultas tales merces, seu res ad credentiam venditas, ab Emptore, vel aliis Possessoribus vindicandi, non planè promiscue, & absque omni restrictione, concedi debeat. Hincq; à veritatis & justitiæ tramite non facile ablusurum prudentem Judicem existimamus, si sequentia Monita, in hujusmodi litium determinatione, non planè posthabeat: *Primum* hoc, quod non absolute, atq; indifferenter, à tempore qualitercunq; patefactæ Insolventiæ, istam Vindicationem admittere debeat; sed tunc demùm, si præsertim ex propriis vel Mercatoris, vel alterius Emptoris libris, ductisq; Bilanciis, apertissime constet, Emptorem jam tempore emptio- nis contractæ nullo amplius modo fuisse solvendo, & hoc ipsemet optime perspectum habuerit. *Secundum* hoc, quod, quanto longius Tem- poris intervallum inter Venditionem & Decoctionem fraudulentæ hu- jusmodi Emptoris intercedit, tanto difficiliorem in admittenda ista vin- dicatione Judex se gerere, & omnia tanto majori cura atq; sollicitudine, at- teaquam quid statuatur, rimari debeat, & præsertim a non etiam aliqua, præci- pue magna, Venditori, de statu emptoris Bonorum non satis curiosi, im- putari queat Culpa; quod verbi grat. cum Mercator, per plures retrorsus Annos, à nundinis ad nundinas, von Messen zu Messen/von Jahrmarchht zu Jahrmarchht/ pro mercibus sibi venditis satisfacere solitus, ab hac sua Consuetudine, sine justâ, quæ liqueat, Ratione, desisteret, ipse tamen ei merces; præsertim in copia, ad credentiam vendiderit? utiq; juxta mode- ramentum *Legis 3. & 6. ff. de jur. & facti ignor. ibidemq; comm.* à DDibus notatorum. *Tertium* hoc, quod, si qualiscunq; benignior Præsum- ptio fraudandi Animum magis ex quàm in cludens pro Emptore su- persit, sive illam probabilis & justa Spes pinguioris fortunæ, sive Lu- ori ex mercibus, ad credentiam, novissime comparatis faciendi, sive Dila- tionis (juxta *L. fin. Cod. de his, qui bon. ced. poss.*) à majori Credito- rum parte obtentæ, vel quid simile conciliet, Judex illam adversus Em- ptorem militantibus suspicionibus, si cætera sint paria, æquissime præferat; per allegata Augustini Barbosa, in *axiomatib. vocab. Præsumptio. axiom.* 13. Hermannii Vulteji, in *consill. Marpurgens. vol. 1. consil. 15. num. 24.* & Johannis Gæddæi, in *iisdem consil. vol. 1. cons. 28. num. 206.* & quæ porro ad prudentis & religiosi Judicis arbitrium, ceu nunquam excu- sum, ex regulis artis æqui & boni salutariter informandum ipsa viva re- rum praxis docere poterit.

TANTUM.



## COROLLARIA

### I.

**A**dversus illos, qui ab Episcopis, Romano Catholicis, temporalem Jurisdictionem ab Imperio recognoscentibus, in causis prophanis & Civilibus ad Pontificem & Curiam Romanam appellant, non verò ad Judicium Imperiale Aulicum, vel Cameram Imperii, quæ haud dubiè in his causis competentes sunt Judices, rectissimè Mandata S. C. decernuntur; per latius firmata à Magnifico Dn. D. Schvvedero, Præceptore & Patrono meo maximè colendo, in *disp. de August. Imper. Reserv. th. 35.* Præprimis ex modernâ Gloriosiss. Cæsaris Caroli VI. Capitulat. art. XIV.

II. Habent quoque Evangelici Consistoriales facultatem sententias suas exequendi, & delicta, mulctâ, carcere, aliâve condignâ pœna; sub Imploratione tamen Brachii secularis, affiendi. Laudatus modò Dn. D. Schvveder, in *introd. J. P. part. spec. f. 2. c. 12. §. 5.*

III. Talem Implorationem subsidii secularis, à quolibet Principis Vasallò, vel Officiariò, Jurisdictione instructò, decenter petitam, ocyùs ac sine morâ tergiversationis, insequi debet ejusdem præstatio. Dn. Weber, de *Jur. & Rat. Consistor. cap. 29. p. m. 469.*

IV. Et potest in tali casu suprema Imperii Camera compelli, quæ, requisita eò nomine, à Judicibus Ecclesiasticis, sive Consistorialibus, processus decernit; ex generali textu *der Cammer Gerichts-Ordnung/ part. 2. tit. 26.*

V. Verbis injurijs uti Concionatores, sive Facti criminosi, aut culpabilis suspectum, aut verè reum, ex sacro umbone, expressè nominando, sive vivis coloribus & graphicè depingendo, atq; ac alii, eapropter actione injuriarum conveniri possunt. Magnificus Dnus Præses, in *disp. de Injuria Magistr. illata. §. XVII.* Simon, *disp. de Actionibus Injuriarum sacerdotem concernentibus.*

VI. Facta à Statu vel Principe Imperii, vigore superioritatis territorialis, legitimatio, suos effectus non eò porrigit, ut, verbi grat. Filius Carnificis, vel Excoriatoris, ita legitimatus, ut legitimus filius, in locietates & tribus opificum recipiatur, si cum eo res sit extra Provinciam illius, à quo honestatem atq; integritatem Natalium accepit. Excellentiss. Dn. D. Schvveder, de *Jure Liberorum in sciò & non consentiente patre legitimator. th. 9.*

VII. Pacta successoria affirmativa, licet Jure Romano invalida sint; *L. 15. L. 19. C. de pact.* tamen universali Germaniæ Consuetudine, præcipuè inter Conjuges, adeò sustinentur, ut tum de propria Ipsorummet Conjugum, tum ex ipsis jam natorum, vel durante connubio adhucdum nasciturorum Liberorum, tum etiam Parentum, & Cognatorum hæreditaria successione, in illis factas dispositiones sive Conventiones, tam suprema Imperii, quam inferiora in eodem Tribunalia quotidie comprobent, & innumera hanc in rem Judicata facillimè adferri queant. *Mynsing. cent. 2. obs. 33. Gail. lib. 2. obs. 8. n. 3. B. Dn. Lauterbach. in Coll. π. tit. de pact. dot. th. 10. Excell. Dn. Præses, in tractt. Acad. de success. part. 1. Tract. 4. ferè per tot. præsertim verò pag. 844. cum sqq.*

IX. Civitatibus Imperialibus in Comitibus Imperii non saltem votum consultativum; sed & Decisivum competit. Magnific. Dn. D. Schweder, in *dicta part. spec. S. 2. cap. 9. §. 3. pag. m. 804.* Wurmser. in *Exerc. J. P. exerc. 7. th. 5.*

DEO SOLI GLORIA!